INDEX LOCVPLETISſimus Commentariorum D. Franc. Aretini de Accoltis, vtriuſque iuris Doct. celeberrimi,

per

Dom. Lucium Paulum Rhoſellum, Patauinum, ſumma diligentia recognitus, multíſque denuò partibus locupletatus.



LVGDVNI,
1553

PIENTISSIMO PARISIENSIVM ARCHIEPISCOPO, PAVLO Zabarellę, Lucius Paulus Rhosellus, S. D.



AEPENVMERO naturæ uim pro mentis meæ captu considerans, Præsul Sanctissime, cùm permulta uideo incredibili quodam artificio producta, tum præter cætera hominẽ admiror: in quẽ quidem formandũ, tantum mihi studiũ adhibuisse uidetur, ut id opus effecerit, quod sibi duntaxat cessurum, alijs fere omnibus facile præcelleret. Siquidem cũ proprijs muneribus unũquodq; decorauerit, duo nobis tribuit, quibus sibi uel maxime coniũgeret. Namque (ut oratione id explicem Cice.) quid est, non dicã in homine, sed in omni cœlo, atq; terra, ratione diuinius? Hac igitur nobiscum à Deo liberaliter cõmunicata, tantum à reliquis terræ creaturis seiuncti sumus, ut etiã cœlestibus associati uideamur. At munus hoc diuinũ non satis esse plenũ uidebatur, nisi lingua instrumentũ fuisset additũ, ut quæ ratione optima duceremus, illius usu & exequeremur, & alios doceremus. Quo accepto, præclara monimenta à sapientibus uiris profecta sunt ad usum humani generis perquàm necessaria: nanque ut reliqua omittamus, quid lege aptius esse potest ad colendam pietatem? qua una uel maxime placatur Deus. Hanc igitur uiri sapientes tulerunt, perrari illi quidẽ à principio, sed quos permulti postea sint imitati: quorũ munere iusti fiunt constãtiores, leues in officio continentur, uindicantur improbi, ac humana denique societas sustinetur. Unde tanta mihi uidetur laude prosequẽdi, qui non scientiam tenere solũ, sed plerũque alios instituere laborent: ut nos etiã quandoque excitemur: qui tametsi proprijs operibus quenquam iuuare nequimus, nostra tamen opera leuabũtur multi longæ (ut ait ille) inquisitionis labore. Magna enim uolumina Frãcisci Aretini clarissi. iuriscõsulti continẽt permulta, quæ sane utique necessaria nõ sine tædio studiosorũ, quãdo est opus, inueniantur, quæ demũ semel, atque iterũ reperta, in tanta tamẽ sylua possint facile rursus cuiusuis fugere memoriam. Placuit igitur mihi eiusmodi cùm temporis, tũ discendi incõmoditati occurrere: at quid profecerim, cùm in frõte sit operis collocatũ, mittã epistola referre: si prius admonuerimus, nõ ex his uoluminibus decerpta solùm in hũc ordinẽ contulisse: uerumetiã quàmplurima nõ satis plana, nec à multis forsan intellecta, exposuisse: tũ ex multis, quæ diuersi tradiderũt, unũ corpus effecisse, ut præter quæ in Frãcisco requirũtur, uno labore penè quæcũque in eã sententiã dixerũt alij, offendantur. Itaque spero me non ingratã operam nauasse studiosis. At cur labores meos cõmendare pluribus contendã? quando uereor, an ulla ratione magis cõmendari potuerint, quàm quòd eos tibi dicandos cẽsuerim: nõ enim tibi quicquã offerendum arbitror, nisi quod omni numero perfectũ sit. Quod quidẽ meis fœtibus si asseram cõpetere, fortasse uideri possim, illos citra omnẽ æmulũ diligere. At nisi proprio sum modulo deceptus (eo me quidẽ certe mẽsus sum) constare mihi uideor. Quare animo constanti opus tibi offero, pro materia minime contẽnendum. At cui principi? cuius quidem ductu, auspicijsq;, ueri Dei cultus iã multis annis in Patauina ciuitate feliciter uiget, cuiusq; sapiẽtia totũ quiescit Patauiũ. Illud autẽ dissimulare nõ ausim, si ad sublimitatem tuã respiciamus, posse hoc humilimũ plane opus iudicari: sed quemadmodũ piscatoribus nõ omni iactu magnos pisces capere contingit, sic inclyta tua uirtus humiles etiã quandoque scriptores attrahit. Quare ne interdicatur quæso nobis tãti nominis patrocinio, quod quidẽ ut celebrandũ, omniq; posteritati consecrandum, Maximo Becichemo, Fedéricoq; Nauseæ reliquimus, ita nobis obseruandũ, perpetuoq; colendum elegimus. Fecit enim semper clarissimi tui generis amplitudo, ut cũ spiritus, quos tandẽ emergere uidisset, arcte cõplecteretur, aliorũ quamuis debiles conatus nunquàm despexerit. Amplectere igitur ut facis, eorũ candidissima ingenia, qui scriptis gesta tua clarissima feciliter æquare possint: non tamẽ imbecillioribus suus est apud te locus futurus. Quocirca nihil deterritus, munus haudquaquàm à tuis moribus abhorrens offero: ea enim prudentia, & æquitate tibi commissum regimẽ gubernas, ut unum esse uideatur, in tantã præsertim huiusce seculi peruersitate, cui possint omnes gentes inuidere, quod ob summam iuris scientiam tuæ naturali iustitiæ coniunctam sic esse iudicantes, non inepte dicasse tibi existimabimur id opus, quod sit legum studiosis quàmplurimum profuturum: quod item me hercule fecissem, si quæ sunt Aristotelis opera, ex me profecta forent. Uerùm ut nihil aliud effecerim, id mihi saltẽ futurum est summum, quod equidem obseruãtiæ in te meæ testimonium uidebor aliquod exhibuisse: quippe qui nihil posse putem piè magis æquiùsue fieri, quàm te unum uenerari, ac semper colere: nempe qui mores, & naturam supra mortalitatẽ præ te feras. nemo enim, (ut fert Cice.) uir magnus, nisi diuino afflatu, unquàm fuit. Uerùm tua te copiosissima uirtus propè diuinũ facit: nõ enim repugnat naturæ, id quod asserit Plutarchus, ut qui animum uirtutibus excoluere, ex hominibus in heroas, ex his in dæmones, postremo uerò hac terrena mole purgati, in diuos referantur. Nos autẽ, ut qui iustius pietatem colimus, non Deum quenquam fieri putamus, sed optimos, & claros uirtutibus, Deo maxime iungi ducimus. Te igitur, Pater Sanctissime, ob morum probitatem, summasq; animi dotes non dubitamus tum heroëm, & iam bonũ dæmona appellare, tum constantissimè credere, felicissimam tibi esse sedem in beatorum regno constitutam. Interim uerò dum nobiscum agis, si te obseruãtiæ nostræ non pœniteat, nihil est quod præterea maius assequi me uel posse putem, uel optare debeam. Uale.

Tabula Rubricarum super quibus scribit Franc. Aretinus.

Repertorium nouiter compositum,

& in lucem editum per D. Lucium Paulum Rhosellum, Patauinū, ad inueniendum faciliter & ordine optimo omnia contenta in lecturis Iur. V. doctoris Do. Francisci de Accoltis Aretini: quod etiā repertorium auctum & locupletatū est multis Additionibus, nō omnino lectu & cognitu indignis. Tu igitur lector optime huiusmodi lucubrationes & labores qualesquales sint, hilari animo, supercilioq́ deposito accipe: & si quid minus recte dictum inuenies, id ut corriges, non ut mordeas, rogo. Vale.

*



ABbas vel procurator, qui habet licentiā recipiēdi mutuū, nūquid cōfiteri posſit se habuiſſe & recepiſſe: & quid de procuratore cōfitēte ſibi eſſe ſolutū: & qd importet verba notarij dicētis in inſtrumēto, Talis eſt cōfeſſus ſe habuiſſe à tali dāte & ſoluēte. vide Arc. in l. mutuū damus. ff. ſi cer. pe. nu. 25. fo. 6. vide etiā in l. certi cōdictio. ff. eo. & etiā in l. admonēdi. ff. de iureiu. & vide in materia illa de procuratore cōfitēte debitū. Bal. in cōſi. ſuo ccccxxx viij. in j. vo. & etiam Bart. in cōſi. cccliȷ. incipi. ſpiritus ſancti gratia.

Abbas donās prædiū vel fructus prædij cuipiam nouiter doctorato, in dubio præſumitur donare ſpe futuri auxilij. vnde ſi ille ſit ignorans, & dediſcit leges cum amaſia, vt multi facere conſueuere, tenetur, vt voluit Bar. reſtituere fundū: quia propter qualitatem dantis & recipiētis præſumitur donatio facta ob cauſam, & non ſimplex. Vide D. Fran. in l. cum quid. ff. ſi cer. peta. nu. 6. fo. 7.

Abbas nunquid poſsit repudiare hæreditatem delatam monacho. vide Aret. in l. ſeruū communem. ff. de vulg. & pup. fo. 122. nu. 3.

Abſolutus qa non poſsidet, vel quia nō eſt ſoluēdo, ſi poſtea acquirat, non habet exceptionem rei iudicatæ. ita Aret. in l. qui iuraſſe. ff. de iureiur. fo. 32. nume. 5.

Abſens à loco in dubio nō pſumitur ſcire ea quę fiūt in loco. Areti. in l. ſoluto matrimo. §. voluntate. ff. ſolu. matri. fo. 7. numero 17.

Abſolutio ab excōmunicatione, an fieri poſsit per procuratorem, vide Arc. in l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. de acqui. hære. fo. 148. nu. 6.

Abſens cauſa reipublicæ dicit̃ eſſe is, qui fungit̃ officio legati pro patria ſua. ita Arc. in l. cū quidā. ff. de acq. hæ. folio 152. nu. 2.

Ablatiuus dicitur ſignificare tempus imperfectum. vide Aretin. in l. ſi cui legetur. ff. de lega. j. folio 271. nu. 3.

Acquiſitio ex pſcriptione, nō fit ex toto tpe, ſed ex ipſius pſcriptionis fine. Aret. in l. poſsideri. §. ex pluribꝰ. ff. de acq. poſ. fo. 17. in nu. 22.

Acceptilatio facta per vnū ex reis credendi, elidit obligatione alterius. Arc. in l. ex duobus. ff de duo. reis. fo. 188. in nu. 4. & 5.

Acceſſorium non debet regulare principale, ſed econtra. Areti. in l. ex pupillari. ff. de vulg. & pup. fo. 118. nu. 1.

Acceptās aliquid ſibi delatum, anvideatur illud acceptare cū oneribus ſuis. Arc. in l. ſi duo. ff. de acq. hære. fo. 157. nu. 1.

Acquiſitio quæ fit ex capite & iure poteſtatis, fit miniſterio legis. ita Arc. in l. placet. ff. de acq. hære. fo. 177. nu. 2.

Accuſatus pro crimine capitali, debet interim cuſtodiri, & teneri in carcere. Arc. in l. ſi quis poſt accuſationem. ff. de teſtamē. fol. 206. nu. 1.

Acquiri quicquid ignorāti poteſt, pōt idē etiam furioſo acquiri. Aret. in l. filiusfamilias. ff. de teſta. fo. 211. nume. 2.

Acceſſorium quando peti poſsit ſeorſum à principali. vide Arc. in l. iudicio. C. de iudicijs. fo. 63. nu. 2.

Actio iudicati, & remediū executiuū, cedi poteſt, & in dubio videtur ceſſum, quando ceditur actio. Areti. in l. j. ſi cer. pe. nu. 22. fol. 4.

Actiones ex contractu inter cæteras perſonales actiones, ſunt cæteris digniores. Arc. in rub. ff. ſi cer. pe. in principio, prima manu. foli. 2.

Actiones quę cōiter continentur in tractatu de rebus creditis, vel ſunt ex diuerſis edictis prætorijs inductæ, ſi ſunt ptoriç: vel diuerſis titulis, ſi ſunt ciuiles: & ideo nō eſt inconueniēs, ꝙ generalis actio quæ nō procedit ex eadem lege cum illis particularibus, ſe cū illis cōpatiat̃. vide Arc. in rubri. de reb. credi. nu. 2. tertia manu. fo. 2.

Actio generalis, & ſpecialis, nō debet cōcurrere in eadē obligatione & eodē medio cōcludēdi: ꝑ diuerſo tñ medio cōcludēdi cōpetere poſ ſe nō videtur incongruum. Arc. in rub. de reb. cre. nu. 3. fo. 2.

Actio deſinit competere, vbi deſinit intereſſe, vt habetur in l. ſi procurator. §. mandati. ff. mand. & l. qui autem. §. illud. & per docto. ff. ſi quis cau. & hoc idem refert Aretinus in l. qui te. ſi certum petatur. nume. 12. fo. 8.

Actor qui dicit deberi tantum, & non plus, debet hanc negatiuam probare: quoniam eſt fundamentum ſuæ intentionis. Aret. in l. quidā. ſi cer. peta. nu. 5. fo. 17.

Actio oriens ex iuramento habet paratam executionem, quemadmodū actio quæ ex ſententia oritur. Arc. in l. maximum remedium, de iureiurando. ff. fo. 26. nu. 4.

Actio competens ipſo iure, non tollitur per iſta verba, actionem non dabo, vel actio negetur, & ſimilia: ſed ope exceptionis. Arc. in l. ait prætor. la ij. fo. 27. nu. 3. & 5. & etiam in nu. 20.

Actio quæ oritur ex iuramento, an habeat executionem paratā. Aret. in d. l. ait prætor. nu. 8. fo. 27.

Actio temporalis per litis conteſtationem perpetuatur. Arc. in d. l. ait prætor. nu. 10. fo. eodem.

Actio nunquid oriatur ex iuramēto promiſſorio, de iure ciuili, vel de de iure canonico. vide Arc. in l. iuſiurandum. ff. de iureiu. fo. 31. nu. 4. & ibi etiam vide Bar. qui plenè diſquirit hanc materiam.

Actio nunquid ex ſimplici iuramento oriatur. Item nunquid ex iuramento quod haberet pactū implicitū, oriatur actio. vide Areti. in l. iuſiurandum. ff. de iureiu. fo. 31. nu. 5. & nu. 6. & 7.

Actor ſi poſt præſtitum iuramentum vult ſubire onus probationis, vt conſequatur duplū, videtur poſſe non obſtante iuramento. ita Aretti. in l. cum qui iurauit. ff. de iureiu. fo. 34. nu. 2.

Actio in factum quæ oritur ex ſententia vel iuramento, non deducit cauſam principalem in iudicio, ſed ius quod eſt ortum ex ſentētia. Arc. in l. eum qui iurauit. ff. de iureiu. fo. eo. nume. 6.

Actio ſubrogata, ſiue acceſſorie, ſiue principaliter, non ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur, circa accidentalia ipſius, ſed circa primordialia ſic. ita Areti. in d. l. eum qui iurauit. de iureiuran. folio 34. nu. 7.

Agens in actione pupillari poteſt referre iuramentum in pręiudicium reipub. Aret. in d. l. eum qui iurauit. fo. 34. nu. 12.

Actus ſemel factus quando ſit nulliter, iterum virtute poteſtatis ab alio conceſſę fieri poteſt. Aretin. in l. iuriſiurandi. ff. de iureiu. fol. 35. nume. 3.

Actus qui fieri debet à iudice, ab alio ipſo non mandāte minime fieri poteſt. Arc. in l. videamus. fo. 37. nu. 6.

Actio illa dicitur arbitraria, in qua ex legis diſpoſitione debet fieri condemnatio, ſi non traditur res ad certam ſummam expreſſe vel relatiue. Aretinus in l. actionibus. ff. de in litem iuran. folio 3. numero 17.

Actio ex commodato, eſt actio ciuilis. Arc. in l. in commodato. ff. commo. fo. 46. in nume. 3.

Actio legis Aquiliæ videtur cōcedi pro leuiſsima culpa. Arc. in l. in rebus. §. ſiue autem. ff. commo. fo. 46. nu. 4.

Actiones quæ competunt ex contractu, non ad contractum perficiendum, ſed ad contractū reſoluendū, cōpetunt, etiam ſi nullus intercedat contractus ſaltem de facto. Areti. in l. ſolutum. ff. de pign. actio. fo. 47. nu. 2.

Actio pupillo regulariter per tutorem quæri non poteſt. Arc. in l. ſolutum. §. per liberam. ff. de pigno. actio. fo. 47. nu. 10.

Actio de peculio non eſt propria actio: ſed eſt qualitas adiuncta actioni. Arc. in l. ſi creditor. ff. de pigno. actio. fo. 49. nu. 2.

Actum faciens ad mandatum alicuius, licet ſciat ſe facere ad cōmodum tertij, in dubio tñ videtur facere actum gratia mandantis. Arc. in l. ſi fideiuſſor. ff. ad ſenatuſcō. Velleia. fo. 50. nu. 2.

Actio rei perſecutoria regulariter tranſit ad hæredes actiuè & paſsiuè. Aretinus in l. hæ actiones. ff. ad ſenatuſconſultum Velleia. fol. 51. nume. 1.

Actus celebrari dicitur fauore illius pro quo principaliter fit. Arc. in l. lecta. ſi cer. peta. fo. 23. nu. 16.

Acta facta inter alias perſonas non probant plenè in illius præiudiciū, qui fuit in iudicio fauore tertij: faciunt tamē præſumptionem. vide Aretinum in lege, ſi duo patroni. ff. de iureiuran. folio 29. numero 2. & vide etiā eundem Aret. in l. is apud. C. de edendo. fo. 18. num. 4. cui adde quæ ponit dominus Alexander de Imol. in l. cum lite. ff. iudic. ſolu. & eundem domi. Alexandr. videas in l. eos. de fal. & etiam prolixius in l. ſępe. de re iudica. Tu verò aduerte, ꝙ acta inter alios, faciunt fidem inter alias perſonas, quibus etiam ſententia pręiudicat: vt puta ſententia eſt lata inter duos, facit ius inter alios: & ſic iſto caſu acta faciunt fidem inter alios, etiam quòd ſint facta inter duos. & hæc eſt opinio & ſententia Bart. in l. ſuperatus. in fi. de pigno. quod dictum ſecutus eſt d. Abb. in ca. cauſam quæ. de teſti. & ibi etiam do. Inno. cuius verba, quoniam maximè vtilia ſunt, pro hac materia non grauabor hic ſubijcere. inquit autem ſic: Item atteſtationes & confeſsiones inter eaſdem perſonas, & eorum hæredes valent, quando ad idem agitur. c. Albericus. de teſti. c. de libe.

causa iubemus. contra c.veniens.de testi.fo.vt ibi.Saluatur tamen ei,quod in personas & dicta obijcere possit.C. de testi.l.vlti. Imo ei videtur plus,ꝙ attestationes & omnia acta ad factū respicientia, etiam si sententia non feratur,valerent omnibus,quibus valet res iudicata.verbi gratia,aliquis cū couenirer super fundo, induxit testes super iure suo,postea illū fundū vendidit.illæ attestationes valebunt emptori,sicut sententia valeret,si pro ipso vēditore lata esset. ff.de excep.rei iudi.l.si à te.§.fi.& idem videtur in omnibus causis, vbi res inter alios iudicata alijs præiudicat,vel prodest, quia eodem modo & acta inter eosdem habita, etiam si non sit res iudicata pro sunt eis,& obsunt, quibus res iudicata prodesset, vel obesset: hæc ille ibi.quem etiam videas extrà,de iud.l.quamuis. & vide etiā Antonium de Butr.in d.c.causam quæ.& do.Bar.in l.ij.ff.de iud.fo.& in l.ij.ff. vi bono.rap.quibus etiam adde Ioā.And.in Specul. in ti. de testi.§.nunc tractemus.in addit.mag.& vide etiam per Felyn. in c.causam quæ.extrà,de testi.qui de hoc latè tractat.Quoniam verò soleo multa huiusmodi in medium adducere , quæ vndique ex varijs colligo excellentissimis doctoribus,neq; tamen,vel raro admodum quicquam quod ego sentiam, in medium adduco : ob id à nonnullis obliquè laceratus fui, dicētes scilicet hæc superflua esse, neq; me aliud agere, præterquàm ꝙ chartam inficio attingo: cùm quilibet studiosus per se possit ea quę ego scribo,videre & colligere.Quibus ego paucis respōdere duxi, me imitari scilicet agricolas bonos,qui sæpenumero plantas ex alieno solo transferentes, feraciores eas reddunt,idq; sæpenumero vidi. fieri enim potest etiā hoc in homine, vt natus,alitus atque educatus in patria sua,postea in aliam se transferendo regionem,pinguiorem & vberiorem ibi nanciscatur fortunam.Quòd autem me aiunt de ea de qua tracto materia,nullam in medium afferre sententiam:sciant etiam in hoc Platonis me sequi præcepta: quem tanquā philosophorum deum imitandum duco,& veneror. vetat enim ipse eos,qui adhuc in tenera ætate constituti sunt,suam aliqua de re afferre sententiam:ne vt in iunioribus sępe accidit, quod primis annis maxime probauerimus, id maturiori deinde ætate,& grauiori iudicio reuocandum,& in cōtrariam sententiam conuertendum sit. Satius igitur esse censeo, cæterorum iurisconsultorum sententias adducere,quàm meam exprimere:ne contra id,quod à Platone nostro docemur,aliquid impudenter asseuerarem. & hæc pro illorum responsione dicta satis sint.

in Actionibus bonæ fidei,& stricti iuris,idem obseruatur,quod in vltimis voluntatibus,vt periculum scilicet interitus,post moram pertineat ad debitorem. Arec.in l.si in Asia.ff.depositi.fo.55.nu.2.

Accidentia non possunt considerari sine subiecto,neq; accessorium sine principali. vide Arc.in l.Pomponius.§.accessiones.ff. de acqui. pos.fo.40.nume.35.

Actus ad quem quis citatur,si fieri consueuit certa hora, ad illam intelligitur quis citatus,licet non exprimatur in citatione. Arc.in l.qui ante calendas.ff.de verbo.obli.fo.92.nu.6.

Actus virtutum de sui natura sunt amabiles,probatur de pœn.distinc ij.c.proximos.

Actio ex testamēto,quāuis sit stricti iuris,regulatur secūdùm nomen. actio.bonæ fidei. Aretin.in l.si Stichus.ff.de verb.oblig.folio 104. nu.1.& ibi etiā in nu.4.habetur,ꝙ in actione doli, debet libellus contineri,quis fuerit deceptus.

Actio vtilis nonnunꝗ appellatur directa.ita Aret.in l.qui seruum.ff. de verb.oblig.fo.113.nu.1.

Actus seu dispositio quando pendet in conditionis euentu,dicitur imperfectus. Arc.in l.existimo.ff.de verb.oblig.fo.115.in nu.4.

Actus ponitur quandoq; pro voluntate faciendi: sicut econtra voluntas faciendi aliquando significat actum voluntariè factū.vide Arc. in l.stipulatus.ff.de ver.obli.fo.118.nu.1.

Actio particularis,quæ ex contractu oritur,licet non impediatur oriri per appositionem diei: tamen certi condictio generalis non oritur ante diem. Arc.in l.ita stipulatus.ff.de verb.obliga.fo.130. numero 15.

Actio inepte proposita in interdicto spoliatorio,an vitiet libellum.vide Arc.in l.si sic stipulatus.ff.de ver.obli.156.nu.2.

Actus ad naturæ necessitatem pertinens, cōtractui interueniens,non dicitur actus extraneus.ita Areti.in l.continuus.ff.de verb.obliga. fo.166.nu.1.

in Actione personali ad repetendum veniunt fructus ante lit.contest. quod non est in actione personali ad petendum. Aret. in rubric.ff. solu.matri.fo.2.nu.9.

in Actione de peculio non valet sententia incerta.ita Arc.in d.rub.so lu.matr.fol.3.nu.14.& dicit etiam ibi in nu.15. ꝙ actio de dote est magis similis iudicio generali,quàm vniuersali.

Actio ex stipulatu quæ cōpetit extraneo pro dote,videtur esse stricti iuris. Arc.in l.solu.mat.ff.solu.matri.fo.5.nu.5.

Actore inuito nullus potest prosequi in iudicium pro eo. Arc.in l. sol. ma.§.voluntate.ff.so.matri.fo.8.nu.18.

Actus vnus & idem quo ad vnam personam,potest habere effectum, quo ad vnum finem,non quo ad alium.ita Aret.in l.& si pepercerit.ff.de libe.& posthu.fo.27.nu.4.

Actus qñ deficit ratione formę,nō potest postea ratificari. Arc.in l.hæredes autem.§.substituere.ff.de vul.& pup.fo.70.nu.18.

Actu eodem duæ specialitates, quæ oriunt̄ ex diuersis respectibus,cōcurrere possunt. Arc.in l.si pater.§.in atrogato.ff.de vulg.& pupil. fo.81.nu.9.

Actus quando de voluntate alterius fieri debet, etiam si consensus vel voluntas præstari debeat,pro interesse consentiētis voluntas in dubio sequi non debet,sed præcedere.ita Aret.in l.qui in aliena.ff.de acq.hære.fo.128.nu.1.

Actus agentium limitatur à volūtate agentium. Arc.in l.is qui putat. ff.de acqui.hære.fo.136.nu.6.idem etiam dicit do.Bar.Soc.in cōsil. cclxvij.incip.præsens.versic.postremo.in ij.parte. & vide eundem Arc.in l.pro hærede.ff.de acqui.hære.fo.140.nume.2.& vide eundem in l.si quis extraneus.ff.eo.fo.123.

Actum in gerendo quandocūq; adijcitur aliquid,quod non est de natura actus,tunc illud pro forma adiectum videtur.ita Aret.in l.cū qui duobus.§.filius.ff.de acqui.hære.fo.163.nu.3.

Actus inualidus incompatibilis inducit repudiationem, & aufert ius præcedens incompatibile,quamuis nō valeat,nec sortiatur iuris effectum.ita Aret.in l.filium emancipatum.ff.de acqui.hære.fo.169. nu.2.Dicit etiā ibi in nume.3.ꝙ vnus atq; idem actus non potest parere diuersos effectus.

Actus aliquis coram iudice factus valet,qui non valeret extra iudiciū. vide Areti.in l.si plurium.ff.de acquiren.hæredita.fol.173. nume. quarto.

in Actibus inter viuos impossibilitas vitiat actum.ita Areti.in l.si seruus.ff.de acquirē.hæredita.folio 179.numero 4.dicit etiā ibi.in numero 5.quòd in foro cōscientiæ semper cessante inhabilitate actus conualescit.

Actio confunditur per aditionē factam à debitore vel creditore. Arc. in l.eum demum.ff.de acqui.hære.fo.187.nu.2.

Actio personalis non sequitur fundum. Areti.in l.quæ neptis.ff.de acqui.hęre.fo.196.in nu.3.

Actus inutilis respectu vnius continet tacitè actum vtilem respectu alterius. Aret.in l.si pluribus.ff.de leg.j.fo.252.nu.5.

Acta facta inter alias personas,faciūt qualēqualē præsumptionē. Arc. in l.is apud.C.de eden.fo.10.nu.4.

Actio ex cōtractu quæ informatur à pacto,dicitur esse stricti iuris.ita Arc.in l.pacta.C.de pac.fo.17.nu.2.

Actio præscriptis verbis non semper oritur ex materia & potentia cōtractus innominati,sed datur qñq; à lege in subsidiū. Arc.in l.cum mota.C.de transact.fo.30.nu.4.

Actio negotiorum gestorum oritur ex duplici negotio. Arc.in l.si pecuniam.C.de neg.gest.fo.50.nu.1.

Actio directa non competit de necessitate aduersus eum qui gerit negotium,sed vtilis negociorum gestorum. Aret.in l.curatoris.C.de nego.gest.fo.51.nu.1.

Actio personalis,quæ egreditur suos terminos, tollitur præscriptione longi temporis. Arc.in l.si vi vel metu.C.de his quę vi metúsue causa.fo.52.nu.2.

Actus vbi est nullus ipso iure, ibi non cōpetit restitutio in integrum. Aret.in l.si post decretum.C.si aduer.liber.fol.56.nu.2.dicit etiam ibi,quòd ista dictio,ipso iure,propriè significat aliquid inductū vel rescissum.

Administrator quilibet legitimus habens potestatem à lege,potest deferre iuramentum,& alienare mobilia,scilicet non pretiosa:quia cęteta sine decreto iudicis alienare non potest. vide Arc.in l.iusiurandum.ff.de iureiu.fo.31.nu.3.

Administrator publicus,qui non scribit omnia in libro rationum, & quod non scribit retinet occulte pro se,dicitur prædo: vnde condē natur ad quadruplum. Aretin.in l.Pomponius.§.accessiones.ff.de acqui.poss.fo.40.nu.37. & ibi multa pulchra in simili adducit,quę vide ibi per eum.& vide etiam per do.Soci.in consi.ccxiij.inci. cum in præsenti consultatione plura.ver.quinto & vltimo.hæc cōclusio probatur,in ij.parte.fo.78.

Administrator ciuitatis videtur ipso iure liberam habere administrationem. Arc.in l.præses prouinciæ.C.de transa.fo.31.nu.1.

Aduocatus semel in vna causa,non potest in eadem causa,neq; eo.tēpore,neq; diuerso esse iudex. Aret.in l.quisquis.C.de postu.folio 40. in nume.1.dicit etiam ibi in nu.2.ꝙ qui extitit in vna causa iudex, etiam in ea potest ex interuallo temporis esse aduocatus.

Aduocatus non potest contrahere cum clientulo,quem in fidem suam assumpsit. Arc.in l.quisquis.C.de postu.fo.eo.nu.3.

Aduocati non parentes iudici,possunt ab aduocatione remoueri. Areti.in l.prouidendum.C.de postu.folio 40.nu.2. habes insuper ibi. in nu.3.quòd is qui subtrahit vel occultat probationes partis, debet reputari pro conuicto.

Aduocatus non dicitur dominus litis. Aretin. in l. ea quæ. C. de erog. aduo. vel libe. fo. 42. nu. 2. dicit item ibi, quòd error aduocati prçiu dicat parti prçsenti.

Adultus non poteſt donare cauſa mortis. Areti. in l. ſi curatorem. C. de in integr. reſtitu. folio 53. numero 3. notat etiam ibi, adultum cum curatore æquiparari prodigo. In his autem, in quibus pupillus & adultus differunt, tunc prodigus magis æquiparatur pupillo quàm adulto.

Adminiſtratio negotiorum & conſanguinitas faciunt præſumi ſcientiam in facto alieno. Aretin. in l. de tutela. C. de in integrum reſtit. fo. 54. nu. 1.

Aduerſarius in quibus caſibus non teneatur reſpondere poſitionibus. vide Are. in l. principalis. C. de iura. calum. folio 62. in nu. 4. vſq; ad nu. 12. incluſiue.

Aequiuocatio & ſimilitudo nominis videtur tribuere bonã fidem poſſidenti, qui credidit de ſe teſtatorem ſenſiſſe. Arct. in l. ſi eum. ſi cer. pet. fo. 19. nu. 1.

Aequitas ſcripta eſt præferenda rigori ſcripto. Are. in l. ſol. mat. ff. ſol. matri. fo. 6. nu. 8. & dicit idẽ Aret. in l. ſi ſeruus. ff. de acq. hære. fol. 179. nu. 1. ꝗ æquitas ſcripta eſt prçferenda rigori cõtrariarũ legum.

Aeſtimatio quando nõ eſt clarè probata per teſtes, iudex poteſt ſe informare ex officio de quantitate. Arc. in l. videamus. ff. de in litem iur. fo. 37. nu. 8.

Aeſtimatio quantitatis intereſſe, vbi non agitur contra doloſum, fit per officium iudicis. Aret. in l. in actionibus. ff. de in lit. iuran. folio 37. nume. 5.

Affinitas dicitur eſſe inter ſponſos, non tñ perfecta, ſed cœpta. quinimo etiam inter virum & vxorem non eſt propriè affinitas, licet eorum conſanguinei ſint affines. Aretin. in l. qui ſe debere. ff. de condi. ob cauſam. folio 41. numero octauo. pro quo vide tu Paulum de Caſtro in l. j. C. vnde vir & vxor. qui ita dicit. Nota & tene menti ſecundum doct. quòd coniuges adinuicẽ non dicũtur propinqui, nec conſanguinei, nec attinentes: quia dicit, quòd deficiunt propinqui, ſed ſi inuicem eſſent propinqui, non deficerent. Si ergo ſtatutũ dicat, quòd cauſæ inter propinquos, vel conſanguineos, vel attinentes debeant compromitti, non habebit locum in cauſa quæ vertitur inter virum & vxorem. Et ſi dicatur, quòd mulier ſine conſenſu propinquorum non poſsit ſe obligare, nõ ſufficiet conſenſus mariti. Quid autem ſi loquatur ſtatutum de affinibus? videtur adhuc non comprehendi: quia non eſt affinis, ſed principium affinitatis. Contrariũ dic, quia quod iuris eſt de affinibus, debet eſſe de eo qui eſt principium affinitatis. l. maritus. & ibi not. ſ. de procurato. Nam abſurdum eſſet, quòd haberet locum in conſanguineis mariti, qui ſunt affines propter maritum, & marito non: nam propter quod vnumquodque tale, & illud magis. C. de ſacroſanctis eccle. aut. multo magis. hçc ille ibi. vbi etiam multa alia pulchra recitat, quæ prætermitto, ne omnes alienos labores hic inculcare videar. vos igitur ad eum relego: & etiam ad domi. Alexan. & Bal. in l. affinitatis. C. communia de ſuc.

Agens ex ſtipulatione ficta, nõ dicitur propriè agere ex contractu vel ex ſtipulatione, ſed impropriè & fictè. Are. in l. quamuis. ff. ad ſenatuſcon. Velleia. fo. 51. nu. 10.

Agens antequã ſoluat, nõ videtur poſſe agere ad actionẽ, ſed ad factum. Are. in l. ſi mandato. §. ſi in iudicio. ff. manda. fo. 61. nu. 3.

Agenti interdicto recuperandæ non poteſt opponi exceptio dominij. vide Aret. in l. naturaliter. ff. de acq. poſſeſ. fo. 30. nu. 6.

Allegans aliquid nõ deberi, quia fuerit promiſſum per pactum nudũ, allegat exceptionem inhoneſtam, & non conuenientẽ bono viro. Are. in l. Quintus Mutius. ff. manda. fo. 61. nu. 2.

Allegans actum eſſe ſimulatum debet hoc probare. Aret. in l. ſi is qui bonis. ff. de acqui. hære. fo. 192. nu. 1. & ibi dicit, ꝗ probatio ſimulationis fit ex coniecturis.

Allegans turpitudinem ſuã, an ſit repellendus. vide Are. in l. qui ſuper ſtitis. ff. de acqui. hære. fo. 193. nu. 5.

Alienigena qui habitat in loco, nunquid dicatur de plebe illius loci. Are. in l. nc quis. C. vt nemo priua. titu. fo. 49. in nu. 2.

Alimentorum cauſa, quo ad præſumendã donationẽ, eſt fauorabilior, quàm aliarũ expenſarũ. Are. in l. alimenta. C. de neg. geſt. fo. 50. nu. 1. vide etiã ibi nũquid teneatur pater alimentare filium.

Aliud pro alio creditore inuito ſolui non poteſt. ita nota. Aretin. in l. mutuum damus. de reb. cre. nu. 3. folio 4. & ſunt verba iuriſconſul. in d. l. quæ quidem apponere libet, quippe quæ ſunt ſcitu digna. ait enim, Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt: quoniam earum datione poſſumus in creditum ire: quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionem magis, ꝗ per ſpeciẽ: nam in cæteris rebus ideo in creditum ire non poſſumus, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui non poteſt. vide etiam eundem Are. in l. ſi ita ſtipulatus eſſem. ff. de verbo. obli. folio 93. nu. 4.

Alimẽta cũ debentur annuatim præſtari, debẽt ſingulo quoq; menſe. Are. in l. ita ſtipulatus. ff. de ver. obli. fo. 128. nu. 9.

Alternatiua nõ parit obſcuritatem, quando ex vtraq; parte alternatiuç idem effectus reſultat. Areti. in l. paterfamil. ff. de vulga. & pupil. fo. 120. nume. 2.

Alienatio ſeu manumiſsio nõ tollit ius adeũdi in ſeruo inſtituto. Are. in l. ſi quis mihi. §. ſeruus. ff. de acq. hære. fo. 147. nu. 2.

Alienatio rei hæreditariæ videtur eſſe actus, qui fieri non poteſt citra ius, & nomen hæredis. Are. in l. ſi pupillus. §. ſi ſeruum. ff. de acqui. hære. fo. 160. in nu. 3.

Alternatiua quando ponitur inter genus & ſpeciem, ſemper genus reſtringitur ad ſpeciem. vide Are. in l. vbi pactum. C. de tranſac. folio 37. numero 1.

Ambigua verba interpretari poſſunt à prætore. Areti. in l. ſtipulationum aliæ. §. ſtipulatio. ff. de verb. obl. fo. 84. nu. 9.

Audiendus aliquis an ſit contra confeſsionem propriam. vide Aret. in l. ſi dari ſtipuler. ff. de verbo. oblig. fo. 98. nu. 2.

Animi inconſtantia vituperatur, & iure reprobatur. xxij. q6. j. horrendus. de iureiu. l. quemadmodum. ff. de adult. & l. ſi meſſorũ. ff. q̃d ſemel. & regula, mutare. de reg. iur. lib. vj.

Animus ad continuandũ ius quçſitum inductus, non operatur eiuſdẽ iuris de nouo acquiſitionem. ita Areti. in l. is qui putat. ff. de acquir. hære. fo. 135. nu. 2.

Anima eſt cunctis rebus prçferenda. Aret. in l. hæredes. ff. de teſta. folio 218. nu. 6. vnde etiam diuus Chryſoſtomus in li. de recuperatione lapſi, ita ait: Si animam negligamus, nec corpus ſaluare poterimus: nõ enim anima pro corpore, ſed corpus pro anima factum eſt. qui ergo quod primum eſt negligit, & quod inferius eſt extollit, vtrunque corrumpit: qui verò ordinem ſeruat, & quod primum eſt colit, etiam ſi negligat quod ſecundùm eſt, per primũ ſalutẽ, ſalnabitur & ſecundum. hæc ille. Sed heu miſeri mortales, vbinã ſunt hi, qui animæ curam vllam habeant? profectò corpus tantum curatur, anima vero neglecta deſeritur. Audi quid clamet diuus ille Auguſtinus: Quid eſt, inquit, quod velis habere malũ? dices mihi, nihil omnino: non vxorem, non filium, non filiam, non ſeruum, non ancillam, non tunicam, poſtremo non caligam: & tu vis habere malam vitam. rogo te prçpone animam tuam caligæ tuæ. Sed tamen adeo inualuere hac noſtra tempeſtate ſcelera omnia, vt nullius rei minus curent homines, quàm animæ: ſuntq; multi qui ſibi in animo propoſuerunt nullam in nobis eſſe animam, quæ poſt corporis ſolutionẽ duret. Ob id igitur à nullo immaniſsimo ſcelere ſe abſtinent: videmus enim in primis eos, qui alijs rectum viuendi iter commonſtrare deberent, adeo flagitiorum omnium labe aſperſos & inquinatos, vt non aqua, ſed igne purgandos eos eſſe cenſuerim. Sed tamẽ me ab huiuſcemodi oratione continebo: cũ odiũ in me potius concitarem, quàm vlla in re ab inſtituto ſuo eos amouerem.

Appellatione rei continetur pars rei, ſicut tota res. Areti. in l. ait prætor. la ij. ſi cer. peta. nu. 1. fo. 27. Hæc autem ſunt verba Vlpiani iuriſconſulti: libet enim hic ea apponere, quia multum vtilia ſunt rectè ea conſideranti. Ait prætor, eius rei, de qua iuſiurandum delatum fuerit, neque in ipſum ad quem ea res pertinet, actionem dabo. Eius rei ſic erit accipiendum, ſiue de tota re, ſiue de parte ſit iuratum &c. pro qua materia vide quç ſcribit do. Alexand. de Imol. in l. iij. ff. ad Syl. cui adde etiam quod ponit Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. de ope. no. nun. ff.

Appellatione fructuum non continetur propriè fœtus pecorum, & ſimilia. Are. in l. ait prætor. la ij. de iureiu. nu. 27. fo. 29.

Appellatione debiti non comprehenditur debitum, contra quod põt opponi ſaltem exceptio moderatoria obligationis, licet non eliſoria. Are. in l. eum qui iurauit. ff. de iureiuran. fo. 34. nu. 10.

Appellatione pretij, intelligitur pretium commune, & verus valor rei. Are. in l. vulgo præſumitur. ff. de in litem iu. fo. 39. nu. 3.

Appellatione ſummi ſupplicij venit mors naturalis. Are. in l. cum ſeruus. ff. de condi. ob cauſam. fo. 43. nu. 3.

Appellatione cibi & potus nõ veniũt medicinæ. Aret. in l. in rebus. §. ſiue autem. ff. cõmo. fo. 46. nu. 5. & vide etiam eundẽ Aret. in l. cum antiquitas. C. de teſta. fo. 103. nu. 2. & vide no. per doct. & prçcipuè per do. Alex. de Imo. in l. ſi cũ dotem. §. ſinautẽ in fæuiſsimo. & vide etiã quç ponit Old. in conſi. ſuo lxxix. vbi an appellatione cibi contineatur potus. & arguit in vtranq; partem, nec tamen quidpiã determinat.

Appellatione culpæ, venit culpa leuis in faciendo. Are. in l. ſi cum vẽderet. §. venit autem. ff. de pigno. acti. fol. 48. nu. 4.

Appellatione poſſeſſoris, ſeu poſſeſsionis non cõtinetur poſſeſſor ſeu poſſeſsio ficta. Are. in l. qui pignoris. ff. de acqui. poſſeſ. fo. 58. nu. 2.

Appellatione pignoris nõ venit hypotheca in ſtatuto, ita Bartol. in l. ſi rem. §. propriè pignus. de pigno. actio. & Aretin. in l. qui pignoris. ff. de acqui. poſ. fo. 59. nu. 5.

Appellatio iſta, appello ad iudicẽ competentẽ, valida eſt de iure. vide Are. in l. qui Romç. §. Seia hæres. ff. de verbo. oblig. fo. 140. nu me.

17.vide etiā ibi in nu. 18.nūquid valeat appellatio alternatiua de iure canonico.

Appellatione contractus continetur etiam quaſi contractus.ita Aret. in l.eandem.ff.de duo.reis.fo.183.nume,3.

Appellatione defenſionis venit etiam exceptio, quæ impugnat executionē ſententię, licet nō impugnet principalē obligationē,& ipſam ſententiā.ita Arc.in l.rei iudicatæ.§.ſocero.ff.ſolu.ma.fo.25.nu.6.

Appellatione hæredis, venit bonorū poſſeſſor,etiā in materia ſtricti iuris,& in qua verba capiūtur proprie.ita Arc.in l.hæredes autem. ff.de vulg.& pup.fo.69.nu.14.

Appellatione nepotis propriè non continetur pronepos. Arc.in l.moribus.ff.de vulga.& pupil.fol.71.nu.4.tu etiā ad hoc vide quæ habentur per Abb.in c.per tuas.extrà,de proba.& vide in l. iuriſcon. §.ij.in gradu.ver.nepos.ff.de gradibus.vbi nepos proprie dupliciter accipitur:vno modo,filius filiæ:alio modo, filius filij: ſed ſi filius fratris vocaretur nepos,acciperetur tripliciter.Tu etiā ad hanc materiā vide Alexand.de Imo.in l.quæro.de inoffi.teſta.Paul. de Caſt.in l.fi.C.de ſucceſ.edic. & domi.Antoniū Rhoſellū Patauini Gymnaſij,Aretinę́q; vrbis decus,in tractatu ſuo de ſucceſ.ab inte. in xlvj.colum.

Appellatione filij legitimi an veniat filius legitimatus.vide Aret.in l. ex facto.ff.de vulg.& pupil.folio 114.in nu.11.

Appellatione contractus,nō venit quaſi contractus propriè.ita Aret. in l.mutum.ff.de acqui.hære.fo.127.nu.3.

Appellatione perſonę,nunquid cōprehendatur collegiū,vel vniuerſitas.vide Areti.in l.ſi quis mihi.§.ſeruus.ff.de acquiren.hæredi. fo. 147.nu.3.

Appellatione cōſanguinei,cōtinetur cognat9,& etiā agnatus.ita Arc. in l.cū quidā.§.qđ dicitur.ff.de acqui.hæ.fo.152.nu.3. dicit præterea in d.l.in nu.6.ꝙ appellatione multorum intelligitur ſaltem maior pars viciniæ.

Appellari non pōt à diſpoſitione legis.ita dicit Arc.in l.neceſſarijs.ff. de acqui.hære.fo.166.nu.3.

Appellatio hæredis,quantū ad incurrendā pœnā, nunq; cōprehendit hæredem ſuum ante immixtionem.ita Arc.in l.neceſſarijs.ff.de acqui.hære.fo.167.nu.6.

in Appellatione ab interlocutoria eſt exprimēda cauſa legitima.Arc. in l.in teſtamentum.ff.de teſta.fo.197.nu.3.ſecunda manu.

Appellatione interpoſita à ſententia reſcindit ſententiā.Arc.in l. qui à latronibus.§.ſi quis in capitali.ff.de teſta.fo.208.nu.5.

Appellatione veſtis nō cōtinetur argentū.Arc.in l.ſi quis in fundi.ff. de lega.j.fo.203.nu.3.intellige tamen ſecundū Io.de Imo.niſi argentum eſſet intextum veſtibus.

Appellatione ædium continetur omne genus ædificij.Arc.in l.vetera igitur.§.hoc ſenatus.ff.de leg.j.folio 264.nu.7.dicit etiam ibi Areti.ꝙ nedū pro debito priuato,ſed nec etiā pro debito publico non permittitur,vt poſsint euelli affixa ædibus.

Appellatione inſtrumenti continentur etiam rationes.Aretin.in l.ea quæ à diuo.C.de eden.fo.13.nu.1.

Appellatione pacti in dubio continetur pactum nudum.Aret.in l.legem.C.de pact.fo.17.nu.2.& dicit etiam ibi,ꝙ pactum veſtitur ex traditione rei.

Appellatio non reſcindit pronunciatum,ſed ſuſpendit.Arc.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.fo.36.nu.3.

Appellatione contractus in materia fauorabili venit etiam cōtractus largo modo dictus.Arc.in auť.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus venditionem.fo.55.nu.3.

Argumentum ſeu probatio ab alluſione vocabuli eſt validum de iure. ſcribit tñ Bar.in l.j.poſt princip.ff.de acq.poſſ. ex alluſione tūc argui,vbi nō eſt data diffinitio:aliàs nō.& vide de hoc domi.Abb.in procemio Gregoriano.§.Gregorius.adde Fran.Arc.& d.Iaſ.May. & etiam domi.Barto.Soci.in rubri.ſolu.matri.in ver.& glo.& vide eundem Areti.in l.j.de reb.credi.nume.3.folio 2.& vide etiam eun.in l.ij.in nume.5.fo.6.vbi ait,ꝙ argumentum ab alluſione vocabuli demonſtrat eſſentiam rei.

Articuli in qualibet cauſa debēt eſſe clari,& etiā clarè debet reſponderi.vt habetur in c.pręſentium.de teſti.lib.vj.vbi Papa ita dicit:Pręterea ſigillatim ſuper quolibet articulo in qualibet poſitione cōtēto facias partibus ſufficienter adinuicem reſponderi,nulla prorſus ab eis ſuper ipſis poſitionibus contradictione recepta &c.vbi gloſ. in verbo,ſufficienter.dicit,ſcilicet ſigillatim & clare reſpōdere.diffinitur aūt articulus ibi in gloſ.in verbo,articulis.ꝙ articulus vocať pars intentionis,continens id qđ actor probare intendit.adde Frāc. Arc.in l.j.de reb.cre.nu.8.prima manu.fo.2.

Argumentū de maiori ad minus affirmatiue fieri non poteſt, vt habetur in l.iij.& ſequenti.ff.de ſeruis expor.& refert Arc.in l.certi cō dictio.ſi cer.peta.fo.11.nu.26.

Argumentū à conſuetudine vel à cōmuniter contigentibus,eſt validū de iure.ita dicit Arc.in l.certi condictio.ſi cer.pet.fo.11.nu.27.cum quo concordat tex.in l.neq; natales.C.de proba.

Argui pōt à ratione naturali deficiēte l.ſcripta.Aret.in l.in rebus. §.ſiue autē.ff.commo.fo.46.nu.7.& vide Bald.in l. generaliter.C. de epiſ.& cle.qui dicit,ꝙ iuſta ratio excuſat à pœna legali:vt no. etiā in c.j.de elec.lib.vj.per Io.And.in nouel.excuſat etiam à pœna cōpromiſsi:vt inquit Bald.in l.eos.§.cautione.C.de app.& dicit hoc verum eſſe,ſi compromiſſum ſit neceſſarium,aliàs non.

Argumentū à contrario ſenſu habet locū etiā in reſcriptis:quę ſtrictiſſimè debēt intelligi. Areti. in l.ſi procuratorē.§. mandati.ff.māda. folio 57.nu.4.& an ſit ſemper ſumendū argumentū à contrario ſenſu.vide Arc.in l.qui teſtamento.ff.de teſta.fo.216.nu.8.

Argumentum de parte ad totū eſt validū.Aret.in l.cū mandato.§.Iulianus ſcribit.ff.mandati.fo.59.nu.6.

Artifex docens aliquem etiam non paciſcens de ſalario,pōt petere ſibi mercedem iuxta conſuetudinē conſtituti.Arc.in l. cum mandato. §.faber mandato.ff.man.fo.60.nu.15.

Argumentum à cōmuniter accidētibus de iure validū eſt.Aret.in l.rē quæ nobis.ff.de acq.poſſeſ.fol.40.nu.5.& vide eundē in l.ſi filius hæres.ff.de liberis & poſthu.fo.39.nu.3.& in l.is poteſt.ff.de acq. hęre.fo.137.nu.5.& in l.qui teſtamēto.§.nec furioſus.ff.de teſt.fo. 215.nu.7.tu vide etiam d.Barth.Soci.in conſilio ſuo clxvj.incip.in cauſa cōmunitatis caſtri Montis nigri. ver.quinta cōcluſio ſit. in ij. parte.char.xxv.& vide etiā eundē do.Soci.in conſi.clxxxvij. incip. in controuerſia quæ vertitur inter illuſtrē &c.ver.confirmātur pręmiſſa per quàm plura inſtrumenta. in ij.parte.chart.xlvij. & vide tex.in l.neq; natales.C.de prob.& eundem do.Arc.in l.interdū.§. qđ ex naufragio.nu.7.

Argumentū ab æquiparatis procedit etiam in materia correctiua.Areti.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poſ.fol.41.nu.8.

Argumētū ab vniuerſali ad ſingulares validū eſt de iure.c. didicimus. xxiiij.q.j.iij.q.iij.cum ſimus.quādoq; ab indefinita.j.q.iij.ſaluator. quandoq; à primo ad vltimum.xxviij.q.idolatria.

Argumentū nō gñaliter eſſe intelligendū,qđ generaliter poſitū eſt.c. deniq;.vij.q.j.vbi omni ſemini Iſraēl.cū tñ decē tm̄ tribus,& nō de duodecim intelligeret.poſſet adduci contrariū de ca.ſi Romanorū. xviij.diſt.vbi habetur,ꝙ lex generaliter loquēs, generaliter debet intelligi.ſed credo ſolutionē eſſe,quòd ambo argumēta intelliguntur ſecundùm ſubiectam materiam.

Argumentū à remotis validū eſt in iure.not.do.Panor.ſuper gloſſ.j. in procemio Decr.habeť in c.nō debet.de cōſan.& affi.& in procemio Digeſtorū.§.incipiēte. hoc tñ argumētū de facili tolliť aſsignādo aliquā diſsimilitudinē:& vide modū deſtruendi hoc argumentū à ſimili,in c.per venerabilē. qui fi.ſint legiti. & per do. Panor.in c. tranſlato.de conſtitu.

Argui pōt de proprietate ad poſſeſsionē,vbi eſt eadem ratio diſponendi,licet iſta ſint inter ſe duo diuerſa.vide Aret.in l.qui abſenti.§. ſi quis poſſeſsionem.ff.de acq.poſ.fo.60.in nu.8.& vide etiā ibidem in §.ſi is.& eundē Aretin. in nu.10.ꝙ pōt argui de cōtractu bonæ fidei ad contractū ſtricti iuris,& ſimiliter ad vltimas volūtates,vel econtra vbicunq; in vtroq; eſt eadem ratio.

Argumētū à cōtrario ſenſu validū eſt in iure.vt l.j.§.huius rei.ff.de officius cui mā.eſt iur.& l.per procuratorē.§.ignorātes.ff.mādati.& c. cū apoſtolicā.de his quæ fi.à prælat.& c.cū virū.de conuer. coniu.

Argumentū per locū à ſequēti deſtructo,validū eſt in iure.ff. ſi certū petatur.l.ij.§.ij.C.de fur.l.apud antiquos.ver.quoniā.ff. de in integrum reſti.l.non videtur.

Argumētū per deductionē ad abſurdū,validū eſt in iure:vt refert Arc. in l.ſi ſic ſtipulatus.ff.de ver.obli.fo.156.nu.4.

Argumentū de vltimis volūtatibus ad contractus,in dubio valet.Areti.in l.ſi mora.ff.ſolu.matri.fo.20.nu.5.

Argumentū à contrarijs quando ſumatur,vide per Aret.in l.ex duobus.ff.de vulga.& pupil.fo.100.nu.3.

Argumētum de perſona ad tēpus validū eſt:itē & argumentū de re ad tempus,& econtra: & de tempore ad locū, & econtra.Aretin.in l. qui plures liberos.ff.de vulg.& pupil.fo.105.nu.2.& 3.

Arbitrio iudicis cū aliquid cōmittitur, intelligiť de arbitrio boni viri. ita no.Arc.in l.videamus.ff.de in lit.iur.fo.37.nu.7.

Arbiter q cōdēnare pōt ad rē ex cōpromiſsi poteſtate, pōt etiā ad exiſtimationē condēnare. Areti.in l.in illa.ff.de verb.obli.fo.88.nu.3.

inter Arbitratorē electum ſuper lite,& procuratorem conſtitutum ad contractus,quæ differentia.vide Areti.in l. ſi quis cum aliter.ff. de verbo.obli.fo.108.nu.7.ibi etiam in nu.8.dicit,ꝙ arbitramentū nō dicitur eſſe proprie tranſactio.

Arbitrādi facultas etiā cōpetēs in perſona ſtipulatoris non trāſit ad hære.Aret.in l.cū ſtipulatus.ff.de verb.obli.fo.122.in nu.4.

Arbitri ſeu arbitratoris ſentētia lata per metū nūquid ſit ipſo iure nulla.vide Arc.in l.ſi quis poſt accuſationē.ff.de teſta.fo.206.nu.4.

Arbiter ſi male pronūciat,facit litē ſuam,ſicut iudex.Areti.in l.ſi quis in ſcribēdo.C.de pac.fo.27.nume.3.& ibi etiam dicit,ꝙ arbiter vel iudex abſoluentes partem ab inſtantia iudicij,tenentur ad totale intereſſe.

Arrogatio fieri non potest, nisi cum causæ cognitione. ita Arc. in l. causa cognita. ff. de vulga. & pupilla. fo. 107. nu. 1.

Assignatio termini fieri debet attenta possibilitate & qualitate personæ principalis. Arc. in l. continuus. ff. de verb. obli. fo. 166. nu. 8.

Auus ita tenetur dotare neptem natam ex filia, sicut neptē natam ex filio. Arc. in l. quæ neptis. ff. de acqui. hære. fo. 196. nu. 1.

Autoritates poëtarum sunt in causis allegādę, vt habet̃ in l. septimo. ff. de sta. ho. & solu. l. si pater. & de re. diui. in tm̃. & ibi gl. & Feli. in c. qualiter. de accusa. in prin. licet legulei quidā moderni hoc reprobare nitant̃, asserantq; poëtas omnino ex iurisconsultorū scholis explodendos esse: quibus quidē tantū abest, vt assentiri vnquā voluerim, vt eos graui quodā, eoq; incurabili laborare cerebri morbo semper existimauerim: quis est enim adeo à musis ac gratijs alien9, qui nesciat poëticā artem semper maximo in honore apud doctissimos quosq; fuisse? neq; vnq; adeo grauis, adeo tetricus & seuerus fuit scriptor, qui non libenter se flosculis poëtarum exornarit. decreui igitur hac in parte ostendere veteres rerū illustriū scriptores poëtarum sententijs testimonijsque frequenter vsos fuisse: vt si alijs minus, hac tñ in parte, cōtra istos ineptulos leguleos, cōtraq; ęmulos, dignitatē suā poëtica tueri queat. dānari etenim sine insigni culpa nō pōt, quod adeo iuris diuinarū rerū & humanarū studiosis probatur. Nullo verò magis quod scriptū est, probāt doctissimi quiq;, q̄ si eius testimonio innitatur. inde Quintilianus exactissimi iudicij autor, libro institutionū 5. vbi de exēplis sic scribit, Iam sententijs quidē poëtarū nō orationes modo sunt refertæ: sed libri etiā philosophorū: qui quanq; inferiora oīa præceptis suis ac literis credunt, repetere tñ autoritatē à pluribus versibus nō fastidierunt. hæc ille. hinc, vt alios prætereā, apud Platonē & Aristotelē principes philosophos, præter hoc q vtrūq; de poëtica scripsisse cōstat, creberrim9 testimoniorū ex poëtis vsus est. Plato enim quāti poëtarū monita fecerit, testat9 est haud dubie in dialogo qui Lysias siue de amicitia inscribit̃: vbi ait: Sed iter q ingressi sumus, videt̃ mihi oportere ire secundū adminicula poëtarū: hi nanq; nobis tanq; patres sapientiæ sunt & duces. Valeri9 etiā Maxi. lib. viij. sub mortui Platonis capite, Sophronis poëma inuentū esse scripsit, pręterea quis est parū in literis humaniorib9 versatus, qui Platonis etiā carmina nō legerit, quę à Diogene Laërtio in vita ipsius Platonis, & ab Aulo Gellio in Noctibus Aticis citant̃? De Aristotele vero vix attinet dicere: etenim q̄ studiosus Homericæ poëseos fuerit, satis ex sex illis libris, quos cū de Homericis ambiguitatibus scripsisse constat, apparere potest: illud certè omnibus studiosis patet, in libris decē Ethicorū Homeri versus ab eo passim citari: vt interim de Hesiodo, Euripide, Eueno, alijsq; poëtis, quorū ibidē testimonia passim inserit, nihil memorē: quod opus, quoniā quotidie in eorū manibus est, qui poëtarū se inimicos profitent̃, miror nihil proficere: puto autē causam esse, q ea minime intelligant, quæ diuinus ille philosophus à poëtis est mutuatus: in quorū etiā numero est illud ex Metaphysicis eiusdē, istis vulgatissimū: Entia male disponi nolunt: vnus ergo princeps. quē locū ex Homero depromptū esse notissimū est. verba enim sunt Vlyssis Iliados secūdo. Pręterea Arcesilas tantū semper Homero tribuisse fertur, vt nunq; cubitū iuerit, quin prius ex Homericę poëseos aliquid percurrerit: sed & cū cubitu surgeret, ad amasiū se properare dicebat. Iurecōsulti vero illi Romani vetustiores ita poëtarū locos induxerunt, vt aliquid ex ipsis testimonij & autoritatis decretis suis accedere voluerint: quod hodie in libris illis elegantissimis digestorū apparet: quibus ab Homero petita testimonia frequēter inserunt̃. sicut in prœmio iuxta finē, vbi Iustinianus ait, apud Homerū patrē omnis virtutis Diomedes & Glaucus inter se faciunt dissimilia permutantes: præterea in l. aut facta. ff. de pœnis. quæ verbis Claudij cōstat: vbi de fortuitis casibus apud Græcos ex illo punitis scribit, Homeri, quē præcipuū poëtarū appellat, testimonio vtitur. item in l. j. ff. de mor. cau. dona. Marcellus Homeri exemplo vsus est. Martianus autem. ff. de lega. iij. in l. legatis. vbi sues pecorū appellatione cōtineri ait, Homeri testimonio vsus est. item in l. legata. ff. de suppel. leg. cùm Pauli verbis ostenditur mensas cuiuscunq; materiæ similiter & candelabra supellectilis nomine cōpræhendi Homeri autoritate de mensa Vlyssis Penelope donata vsus est. rursus in l. si vxor. ad l. Iul. de adul. scribit Vlpianus, Sextum Cęcilium iuriscon. in lege ad omnia matrimonia pertinente fuisse vsum Homeri autoritate pro se. Item in l. qui venenū. ff. de verb. sig. vbi Caius ostendit venenū salubre intelligi pharmacū & noxiū, autoritate Homeri, quem summum Græcorū poëtā appellat, vtitur. Ad legem etiā Aquiliā institu. citatur Homerus. Itē de emp. & vendi. §. item sciendū. eiusdem versus citantur cōformes his qui in ff. adducti sunt. Quin & Maronis testimonio, ad ostendendum cenotaphiū locum esse religiosum, in l. in tantū. ff. de rerū diui. Martianus innititur. Quo in loco Accursius suo more, vtpote humanarū literarum ignarus, & minime curiosus, insigniter delirat, poëtarū autoritatem abijciendā esse existimans: propterea que l. sequente scriptum est, Sed diui fratres contrà rescripserunt: quasi nō potius Martiani sententię Vlpianus aduerset̃ quàm Virgilio: hic enim vel inuitus testis citatus est. Ille vltro aliud Diuos fratres asseruisse profert: rectius igit̃ Martianū falli q̄ Virgiliū Accursius dixisset: quanq; ne hoc quidē recte: nam quid per cenotaphiū in prędicta l. intelligendū sit, Accursius nesciuit: homo alioquin magni ingenij, & minime malus: verū qui nec poëtas vnquā, nec oratores legerit. Quòd autē medici ac theologi non omnino ab hac pręclara poëtices disciplina abhorreant, aliàs me pluribus ostensurū promitto: quā ob rem cū hæc disciplina sit adeo vtilis, necessaria, ac sublimium ingeniorū digna: merito hi cōmendari debent, qui sese in ea excolenda exercent: veluti est Franciscus Tomacellus meus nunq; satis laudatus: quem à Musis in summo Heliconis vertice educatū fuisse censeo: quippe qui adeo exactè carmina cōponit, vt in heroico dicēdi genere parē omnino iudicio doctissimorū habeat neminē: in elegiacis vero poëmatibus adeo excellit, vt veterib9 poëtis ęquari possit: cuius quidē elegiā vnā hic apponendā duxi, quo facile legentibus pateat, quid de eius ingenio iudicandum sit.

Aliger Idalia puer ô metuende pharetra,
  Corpora qui nullo tegmine tecta geris.
Subdolus improbulos vitta qui cingis ocellos,
  Quicquid & in toto est qui tamen orbe vides.
En tibi confessi palmas protendimus vltro,
  Testantes numen cuncta domare tuum.
Non sum ego, qui nuper, dum nondum vulnere pectus
  Dignaras vacuum, contigerasque face.
Cùm mihi permissum est castis sacra ferre camœnis,
  Et riguum Aonij fontis amare decus.
Flectere Castalio decuit tum puluere bigas,
  Staret honoratę quo mihi frondis honos.
Nam tua qui nondum cognossem numina, amarem
  Tunc ea, num colerem tunc ego te, sine te?
Nanq; tuum est munus, quod tu elargire, colendum:
  Quòd gelidos animos calfacis igne sacro.
Quòd lucem ingenio subdis, mentique nitorem
  Addis, & ignauos cogis abire situs.
Talis ego per te, diuûm ô pulcherrime, priscos
  Abijcio en mores, suscipioque nouos.
Vnum te veneror: vitæ tibi tempora nostræ
  Tota, tibi studium, seruitiumque dico.
Illud oramus tantum, petimusque precantes,
  Mitius exagitent nos tua tela tuos.
Nanque tui tandem pars en sumus vna triumphi,
  In titulis iam nunc nos quoq; pone tuis.
Ad quodcunq; iubes en iam properamus agendum,
  Nulla grauat nostros iam via longa pedes.
Seu placet exclusos me currere ad vsque Britannos,
  Nare vel Eoi per freta vasta sali:
Siue sub Arctoo, glaciemque & frigora tractu,
  Seu placet exustam nos tolerare plagam.
Fortiter & glacies tibi peruincemus, & ignes,
  Et frustra infracti sęuiet vnda maris.
Te nullæ excutient nostro de pectore luces,
  Vt Pilium superem Mygdoniumque senem.
Segnitiem assiduus priscam somnosque repender:
  Numen ades iuueni, numen erisque seni.

Poterit igit̃ lector quilibet ex hac elegia, quę tñ nō est ex his, quas ipse Frācíscus approbat, facile perpēdere ei9 ingeniū. est pręterea in hac disciplina maxime excellēs Bernardin9 angelicus, & ipse Latinarū ac Gręcarū musarū alūnus: cuius ingenij specimē ostēdent eius opera, quæ vt spero tempora nostra Latinas literas excoluisse posteris testabūt. Sunt insuper hac nr̄a tēpestate & alij multi hui9 poëticæ disciplinę eruditissimi, veluti Ioā. Bernardus Felicianus, qui & Grę cā & Latinā literaturā adeo perbelle callet, vt quē ei cōparare possis haud facile inuenias. multa autē eius epigrāmata tum Græca cū Latina & vidi & lectitaui sæpissime, nō sine maxima admiratione: de quo forsitā alio in loco copiosius dicemus, & eius ingenij exercitamēta aliqua trāscribemus, quo facile pateat, quid possint huiusce disciplinæ studiosi de eo sibi polliceri. Est præterea etiam Iacobus Gripholus huiusce artis peritissimus, cuius etiam ingenij monumenta latè patent, & ne forsitan existiment me aliqui hoc potius amicitiæ & familiaritati donare, quàm rei veritati, audiant carmina hæc, quæ ipse mediusfidius ex tempore pręsente edidit in laudem & cōmendationem Pauli Iouij Nouocomēsis, historiarū scriptoris longe omniū eloquētissimi: quique ob mirā quandam eius prudentiā ac in perquirendis singulis rebus memoratu dignis solertiam adeo pręstat, vt alter Liuius nostra hac ętate merito appellandus sit. ita igitur orsus est Iacobus Grypholus:

Te formans natura suas contraxit in vnum
  Vires: eximium sicque peregit opus.
Verùm aulam magni quod seditione Tonantis

Vexaret,ni ſint iura ſuprema Ioui.
Nanque quod exoras Parcarum numina,Apollo
Author conſtituit nominis eſſe tui.
Cùm Thracium plectro ſuperes,vel ſaxa trahentem,
Hoc ſimul intonſus poſcit vterq; deus.
Ecce nepos,humeris cœlum qui ſuſtinet,inquit:
Eloquij nobis competit omne decus.
Longa nec armato fuit hæc patientia Marti:
Sed quo non pereunt prælia iure petit.
Parcite Palladium facit hunc Sapientia,clamat
Ne deturbetur iure Minerua ſuo.
Ah,fera mens diuûm,tam fido milite nomen
Dedignans(queritur ſic Venus alma)meum.
At pater omnipotens,quem circum turba deorum
Conſtitit,hæc animo ponderat acta ſuo.
Et res hæc,inquit,Phrygio ſit iudice maior:
Quare iudicio ſubijcienda meo eſt.
Inuidiam ad ſuperos magnam ſibi quærat oportet,
Qui ſibi multorum vendicet vnus opus.
Nomen enim vobis nimirum anguſtius ipſis,
Quàm quod virtutes impleat huius,ineſt.
At mihi ſi rerum ſoli eſt ęterna poteſtas,
Queq; datur cunctis rebus origo mea eſt:
Ponite iam diui tantæ certamina vocis:
A' magno Iouius nam Ioue dictus erit.
An queritur quiſquam?hac iubeo ſub voce ferantur,
Mars,Hermes,Pallas,Bacchus,Apollo,Venus.

Eſt inſuper in hoc albo reponendus Aloiſius Triuiſanus, iuuenis nobiliſsimus,ac Muſarum in primis pancratiaſtes optimus,quiq; propter ingenij bonitatē,ſummāq; in omniū rerū elegantiā,incredibilemq; erga omnes humanitatē,ab oībus amaī,& coliī:neq; eſt alius preterea qui ita ab vniuerſa Veneta ciuitate obſerueī: in primiſq; ſtudioſiſsimi quiq; eū amāt,& diligunt.hic enim multa ſui ingenij monumēta hactenus edidit:q̄ cū in lucē prodibūt,facile eū illuſtriorem apud exteras etiā nationes reddent:poſſem etiā alios nonnullos memorare,qui hac in arte maximè præſtāt:ſed ne poëtarum catalogū texere velle videar,corū nomina ſilentio inuoluam: quādo ipſi ſuis ſe ſcriptis illuſtrabunt.Sed tñ piaculū eſſe exiſtimauerim, non meminiſſe de Hieronymo Pullaſtrello Patauino iuuene eruditiſsimo,ac poëticę in primis ſtudioſiſsimo,cuius etiā ingenij monumenta aliqua circūferunī, q̄ quidē ei⁹ ingenij indolē aperte demonſtrant:ſed tñ vt ſpero alia eius opera longe doctiora & magis emuncta propediē prodibunt in lucē: ex quibus Patauina ingenia quantū valeant,facile demonſtrabitur.Nos autem quoniā abunde vagati ſumus,ad rem noſtram reuertamur.

Auaritia expellit virtutes, vt cupidus rerum temporalium eſt prodigus famæ ſuæ.xxxij.q.j.cum renunciatur.

Auditores rotæ non habent autoritatem condendæ legis, & ideo ſententia contra deciſiones lata valet.

Auguſtinus de nuptijs & concupiſcentia,in fine dicit, quòd ſententiæ Ambroſij ſunt ſicut firmiſsimæ columnæ in eccleſia dei, quas nemo vnquam infringere auſus eſt.

BAptizandus ſi pōt,debet totus per fundi,aīs oportet ꝙ ſaltem in capite,tanq; in principali mēbro,aſpergaī. in capite enim repræſentaī ſenſus & intellectus.ita Arc.in l.ij.ff.de acqui.poſ.fo.14.nu.7.& dicit iſtud eſſe ex mente diui Thomæ,tu vero ꝓ hoc vide theologos in iiij.ſen.vbi tractant de baptiſmo:quia ibi multa & pulchra,& ſcitu etiā neceſſaria referunt.ego vero,quoniā proximis diebus quæſtio hæc,quam hic ſubijcere volui,in facto accidit, hic apponendā non ab re duxi:quærebaī igitur,Nunquid puerulus expoſitus:& tamen à quo vel à quibus fuerat expoſitus ignorabatur,nec ſignum aliquod vel teſtimonium inueniebatur,quo ſciri poſſet an baptizatus fuiſſet.veniebat igitur in conſultationē,vtrū infantulus ille eſſet abſolutè baptizandus,vel ſub cōditione.cui q.cū ego adeſſem, & inter cæteros quid de hac ſentirem interrogatus, reſpondi me aliàs vidiſſe Richar.in iiij.ſen.di.iiij.ar.iiij.q.j.qui hanc examinauit q.& cenſuit ꝙ talis baptizandus eſt,vt habetur de conſe.diſt.iiij.paruulos.& j.ſi nullam. q̄d etiā recitat Magi.ſen.di.vj.c.iij.& quoniā ambigiī an ſit baptizatus,idcirco ob ſacramēti reuerentiam,& ad euitandum præiudiciū irregularitatis,quā incurreret paruulus, ſi bis abſolutè baptizaretur,propterea baptizandus eſt ſub cōditione.extrà, de bap. & eius effectu.vbi diciī,De quibus dubiū eſt,an baptizati fuerint, baptizentur his verbis p̄miſsis:ſi baptizatus es,non te baptizo:ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti,amē.& ita ferè oēs huic ſentētiæ adductæ ex Richardo aſſenſere:quæ quidem vera eſt, & optimis rationibus fundata.

Bannitus qui dixit corā iudice bannū eſſe nullū, vel petijt bannū caſſari, an impune occidi poſsit.vide d. Ia. May.in l.ij.ff.de acquirend. poſ.& ibi etiam vide Arc.in §.ſi ſeruus.fo.10.nu.47.

Bannitus proprie dici nō pōt is,cui cōpetit exceptio contra bannum. Areti.in d.l.ij.§.ſi ſeruus.de acqui.poſ.ff.fo.20.nu.48.

Bannitus nunquid pendente ſecuritate poſsit impune occidi.vide Are.in l.poſsideri.§.ſi ſeruus.ff.de acqui,poſ.fo.20.nu.55.

Bannitus qui impune offendi poteſt,habetur hoſtis ciuitatis.Arc.in l. qui ſeruum.ff.de verbo.oblig.fo.114.in nu.3.

Bannū dicitur eſſe ſtricti iuris,nec comprehēdit niſi id quod in eo exprimitur. Are.in l.cum ſtipulatus.ff.de verb.oblig.fo.123.nu.6.

Bannitus æquiparatur deportato.ita Aret.in l.ſoluto matrimonio.ff. ſolu.matri.fo.5.nu.4.

Bannitus an poſsit impune offendi.vide Arc.in l.filio quem pater.ff. de libe.& poſthu.fo.42.nu.2.

Bannitus qui venit in poteſtate officialis,ſi poſtea aufugiat,vel eripiatur de manibus familiæ,nūquid remaneat ſeruus pœnæ.vide Arc. in l.ſi quis poſt accuſationem.ff.de teſta.fo.206.nu.3.

Beatus dictus eſt,quaſi bene auidus, ſcilicet ab habendo quod vellet, & nihil patiendo quod nollet.ille enim vere beatus, qui habet omnia quæ vult,& nihil vult male.ita Iſidor⁹ in ſuis etymologiacis libris diffinit beatū.Sed heu miſeri mortales, quis eſt adeo diues, adeo ſanus,adeo bonis omnibus abundans, qui ſe beatum appellare audeat?nam vt bene ſcribit Seuerinus ille Boëtius in ij.de conſolatione,Quis eſt enim tam compoſitæ felicitatis, vt non aliqua ex parte cum ſtatus ſui qualitate rixetur? anxia enim res eſt humanorum conditio bonorum, & quæ vel nunquam tota proueniat, vel nunquam perpetua ſubſiſtat.Huic cenſus exuberat,ſed eſt pudori degener ſanguis. hunc nobilitas notum facit, ſed anguſtia rei familiaris incluſus, eſſe mallet ignotus.ille vtroq; circunfluus vitam cœlibem deflet,ille nuptijs felix,orbus liberis,alieno cēſum nutrit hæredi.alius prole lętatus,filij filiæ'ue delictis mœſtus illacrymat.Idcirco nemo facile cum fortunæ ſuæ conditione cōcordat:ineſt enim ſingulis,quod inexpertus ignoret, expertus exhorreat.adde quòd feliciſsimi cuiuſque delicatiſsimus ſenſus eſt,& niſi ad nutum cuncta ſuppetant, omnis aduerſitatis inſolens: minimis quibuſque proſterniī, adeo perexigua ſunt,quæ fortunatiſsimis ſummam beatitudinis detrahunt.hæc ille. Quæ quidem ſententia literis aureis eſſet in ſingulis porticibus & columnis inſcribenda. Præterea diuus Auguſtinus de viſitatione infirmorum hoc idem ferè aſſerit dicens:Quis numerare poſſet præſentis vitæ moleſtias?eſurire,ſitire calere,algere,laſſari,& innumerabilia:quę ex ipſa conſuetudine nobis domeſtica ſunt. Denique cum audacia pronuncio, ꝙ principium vitæ hominis initium dolorū eſt:& ideo homo moriendo fit de ſeruo dominus,certus de dubio,de miſero beatus. Iſtud etiam non ignorauerunt philoſophi antiqui, qui in ortu puerorum flebant,in morte autem gaudebant,ſignificantes ꝙ homo ad laborem naſcitur,ad requiem autem moritur.

Beneficium ſeu gratia non acquiritur ignoranti.ita Bar.in l.qui abſenti.& Aret.in d.l.qui abſenti.ff.de acqui.poſſeſ.fo.59.nume.3.& vide etiam ibi eundem Areti.in nu.5.qui dicit ꝙ libertas acquiritur abſenti etiam ignoranti.

Beneficium diuiſionis an competat vni ex reis debendi, qui pure eſt obligatus,ſi alter eſt obligatus in diem vel ſub conditione.Aret.in l.ex duobus.ff.de duo.reis.fo.182.nu.1.

Beneficium diuiſionis nunquid competat pluribus obligatis inſolidū per medium vnius, qui contrahit eorum nomine.Arc.in l.reos.ff. de duo.reis.fo.186.nu.8.

Beneficio diuiſionis duorum reorum an poſsit renunciari. vide Aretinum in l.ſi ex duobus.§.ſi à Titio.ff.de duobus reis.folio 187.numero 7.

in Beneficijs vel priuilegijs quę conceduntur ciuitatibus, vel ciuibus, an veniant homines de villa,vel de caſtro ſubditi ciuitati.vide Aretinum in rubr.ff.ſolu.matrim.folio 2.numero 5.6.7.& 8.Et an ille, qui eſt de comitatu,ſit vere ciuis,vide ibi in nu.8.

Beneficium quod conceditur alicui ratione inimicitiæ contractæ, locum non habet, quando inimicitia fuit contracta culpa ſua.Areti. in l.ſoluto matrimonio.§.quod ſi.ff.ſolut.matrimo.folio 7.numero 14.

Beneficium quot modis capiatur.vide remiſsiones multas,quas adducit Aretinus in lege,maritum.ff.ſoluto matrimonio.folio 22.numero 2.

Beneficium reſtitutionis in integrum ceſſat, vbi competit remedium ipſo iure.Aretinus in lege,& qui ſe.ff.de acquirend.hæredita.nu.1.

Bellum indictum à principe ſupremam habente poteſtatem, ſiue ſit indictum ex cauſa iuſta,ſiue iniuſta,an ſemper iuſtū dicatur,quo ad hoc,vt res,ex quibus indicit bellum,efficiantur capientium, & capti reddātur ſerui.vide Arc.in l.j.ff.de acqui.poſ.fo.3.nu.8.& vide de hoc per Io.An.in c.cōmunicamus.qui late examinat hāc materiam.& vide etiam d.Alex.de Imo.in l.ſi quid in bello.de capti.& dicit Bald.in marg.in ver.princeps. ꝙ princeps Romanus ſi indicit bellum,tunc tam res mobiles,quàm perſonę fiunt capientiū.Si autem princeps inferior, vel alius habēs iuriſdictionē, bellū inducit,

poteſt

potest nomine suę iurisdi. statuere de lucro rerū, si bellū sit iustum. Itē de retētione personarū, nō tñ capti sunt serui. Si autē sit bellum ab eo, qui nō habet iurisdictionē in aduersariū à deo vel à lege, sed est bellū pro inimicitia propulsanda seu vindicāda: tūc nec res, nec personæ efficiunt capientiū: bene tamē pōt retineri res pro recuperatione damnorū factorū. ita Inno. in c. ij. aliàs fi. de iureiur. & in c. sicut. eo. ti. fo. 112. tu etiā late vide per Ang. in disputatione incipi. renouata guerra. diffuse vltra oēs per Saly. in l. ab hostibus. la ij. C. de cap. cuius verba ferè ad literam transplantauit Ioan. de Ana. in c. excōmunicamus. de hære. & communiter dicunt omnes, ꝙ immobilia debent restitui. l. captiuis. §. expulsis. ff. de capti. sed mobilia fiunt occupantium. l. transigere. ff. de acqui. re. do. dummodo res quæ capiuntur, vel personæ traductę fuerint intra pręsidia, hoc est intra confinia, & in loco tuto: vt sentit Bart. in l. postliminij ius. ff. de cap. Et quoniam incidimus in mentionem belli, libet mihi nonnulla hic de bello apponere, quæ fortassis non erunt oīno ingrata. Sciendū est igitur, bella Assyrios primos finitimis intulisse, quanꝗ non horrida multum, nec difficilia, ꝙ rudes adhuc ad resistendum gentes essent, nec etiam multæ, nec magnę: quum post Noë diluuiū anni non multo amplius quàm mille fluxissent: vbi Ninus rex Beli filius, supra quem nihil præclarū in libris redactum inuenio. Vesorem illum Aegyptiū & Scythię regem Taneū remotis bella populis inferentes, nec imperium sibi, sed populis suis gloriam quærentes, victoria sola contentos fuisse accipio, omnesque Assyriæ finibus adusꝗ vltima Lybię gentes nationesꝗ subegisse: quo tempore inter sese insidiari cœpere, & gloriā ex humano sanguine cōparare: siue quales Abantes, qui proprie pugnandi, ac præter cæteros manus cum hostibus conserendi solùm peritiā habuere. Nam, vt Antilochus refert, Nec crebros tendunt arcus, nec verbera fundæ Expediunt, sæuasque ferox Mars æquore cædes Infert: sed rigido geritur res comminus ense. Hac illi apprime pugna certare periti, Euboricę genus acre virûm, belloque superbum: siue quales Cretenses, quorum patria prima remis & sagittis inclaruit: siue quales acerrimi omnium bellatorum Chalybes, per quos erutum & domitum est primitus ferrum: vel vt Hesiodo quoque placet, in Creta eos qui vocati sunt Dactyli Idei. Afris & Thessalis hanc alij partim gloriam dabunt, quòd ex his primitus pugnam ex equis Centauri secundùm Pelion montem incolentes docuerint inire, lasciuasq; virgines implicare. illis verò ꝙ primi contra Aegyptios prælium fustibus, quod phalangas vocant, fecisse memorentur. Erunt & qui contra hos pugnent, veluti Daci, Medi, siue Thraces: quos bellicosos adeo fuisse semper, non dubium est, vt ipsum Martem apud ipsos fabulæ natum esse asserant. Galli vero suo quodam iure ab his, quos modò diximus, hanc palmam repetent: suamque omnino esse contendent: quum se Druidum sententia omnes à Dite patre, cui terrena vis omnis atque natura dedicata est, pugnæ natos prædicent, liberosque suos, nisi quum adoleuerint, vt minus militiæ sustinere possint, palam ad se adire non patiantur. Atheniensibus hanc tribuent alij, quoniam eorū ciuitas, qua nihil habuit Græcia clarius, nihil antiquius, à Minerua est principe & inuentrice belli armorumque dea, quæ Græce Ἀθήνα dicitur: vtpote quæ bellicosa & sapiens regionem eligendam censuerit talem, quæ sui similes viros editura esset. Permulti denique Spartiatis concedent: quorum disciplina quid quantum'ue bellicis actionibus conduxerit, vt reliquos missos faciam, Maherbalis præstantissimi ducis, & Xanthippi declaretur exemplis: huius enim mercenarij militis siue ducis opera & arte triginta milia Romanorum cæsa sunt, Regulo eorum duce cum quingentorum equitum numero in vincula coniecto. illo Lacedæmonio quoque Annibal secundo Punico bello postquam Alpibus patefactis in Italiā traiecit, vsus ductore & accincto & acri & expedito semper ad bellum milite, occidisse populi supra ducēta millia quinquaginta, & eo amplius hostium milia cepisse memoratur: quo quidem duce, vt cætera sileam, illa maxime Cannensi, mirabiliterꝗ horrenda clade de Romanis proculdubio esset actum, nisi mora peruadēdæ vrbis obstitisset, ipsaque militia tanta rerum agitatione lōgo postliminio ab interitu penè reuocata fuisset in lucē: quæ deniꝗ omni studio exculta non solum principatum omnium quæ circa se essent Sabinorum, Hetruscorum, Latinorum, Hernicorum, Volscorum, & Auruncorum, totiusque Italiæ populorum solum Romanis peperit, verùm omnium ferè remotissimarum gentium ac nationum terrarum orbis reges ac dominos fecit. Hæc de bello & eius inuentoribus dixisse volui, quoniam bellicam artem & militiam semper à teneris annis adamaui, licet me natura debilem viribus fecerit, animum tamen magna molientem non denegauit: multosque præstantissimos milites ex Rhosellorum familia floruisse, nemo est parum in literis versatus, qui ignoret: estque nunc etiam Eustachius Rhosellus, qui apud Cęsarem maximum, hoc est Carolum Imperatorem degit, in re militari præstantissimus, cuius laudes, ne videar me ipsum velle laudare, alijs memorandas relinquo.

Bellum quid sit, & de multiplici bello vide multa adducta per dominū Paulum de Castro, in sua solenni repetitione l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. & vide etiam dominum Iasonem in l. prima. ff. de acquirenda possessione. præterea nonnulla pulcherrima ponit dominus Andreas Alciatus Iurisconsultus præstantissimus, in secundo libro Paradoxorum, de bello. quæ hic subijcere non ab re existimaui: quoniam spero ea multis placitura: quando eius libri non sunt omnibus obuij, neque ita facile haberi possunt. Inquit igitur ipse, vtrinque licita'ne bella essent. Etsi me non lateat, quandoꝗ disputatum fuisse: nemo tamen vnus fuit, qui non dubitationem hanc tanquam absurdam auersaretur. siquidem probabilius dicere is videri poterit, qui vtrinque abominādā profitebitur: sed cùm & hoc iure defendi non posse videretur, in eā communi calculo itum est sententiam: vt Romanos iusta bella mouere, eorum hostes illicite agere crederentur. Verum nos aliter existimandum censemus: & vtraque parte optimo iure belligerari arbitramur: nec tamen eo vsque contra omnium sententiam disputamus, vt rixas, turbas, idque genus contentiones hoc numero admittendas putem: sed de his tantùm bellis loquimur, quæ cum exteris fiunt, & euidentissime iniustam causam non fouent: nam illa dubitatio, qua hinc atque hinc vter iustiora arma moueat, mens impellitur, facit vt ea vtrinꝗ licere profitear. Nec iure quisquam dixerit, me pugnantia loqui: quòd si iusta arma quisquam induat, necesse sit eum qui contrariæ sit factionis iniustum esse. non sequitur hoc, nec absurdum est propter ancipites sententias, vtrosque nō iniuste belligerare. & vt rem exemplis ex ipsis legibus sumptis adiuuemus, nónne quilibet in liberali causa conuentus de statu suo transigere potest. pacisci non potest? vt l. finali. C. de transac. l. nec si volens. C. de liberali causa. cur hoc? nisi quoniam si euidens sit & manifestum aliquem esse liberum, is paciscendo nequaquam conditionem suam mutare potest: si dubium sit, iura permittendum existimauere. Videntur igitur quædam in dubijs concedi, quæ si alio casu tribuerentur, neque lex, neque ratio sineret. Duo coram iudice litigaturi, ante latam sententiam iustè agunt, iustè excipiunt, præsertim si per calumniam ea non fieri iuratum sit. Idem & in bellis esse quis meritò ambigat? Illud admittimus, si constet absque vlla penitus ratione aliquam partium reluctari, eam non bella gerere, sed potius latrocinia, existimandum. Hinc Longobardorum lex, quæ eum, qui gladio hominem vulnerauisset, duello fortunam experiri iubebat. si cōstaret, quis iure fecerat, nullum habebat locum. nec illud multum absimile, eum scilicet, qui fidei causa emphyteoticū agrum possideat, & tunc demum pro domino arma capere tenetur, cùm iuste contendit: existimauerunt recentiores id ita intelligendum, ne cùm palàm & in confesso est dominum iniquè decertare, ferat ei suppetias: nisi forte, inquiunt, velit se defendere. nam quamuis hoc iniustè agat, tolerandum est. Sed quid ad hæc paulò remotiora digredior? non'ne hostes ipsi ab eo dicti sunt, quòd vtraque pars æquo iure pugnet? Hostimentum, inquit Nonius Marcellus, æquamentum est: vnde & hostes dicti, qui ex iusta causa pugnā adeunt. hinc & hostire dicimus. Plauto in Asinaria, & hostimentum beneficij pensatio, Festo autore. quibus concors est Lucius Apuleius, nec ignobilis, nec fastidiendus literator. Cùm itaque ex ipsorum iurisperitorum sententia illud fortissimum sit argumentum, quod ex vocabuli etymo deducitur, præsertim quando eius non repugnat definitio, verisimile est nostrum hoc pronunciatum iure defendi. Nam qui contraria tuentur doctores, cùm bella vtrinꝗ licita esse, simul pugnare existiment, causam ignorant, cur iure Romano statuatur, vt qui capti à suis hostibus essent, seruitutis iura sortirentur. nam cùm Romani semper iusta bella moueant, concertatores consequenter (vt opinantur) iniuste prælia exagitant: cur igitur quos capiunt homines, seruos suos faciunt? eorumque dominium nanciscuntur? non'ne ex sua nequitia lucrum acquirunt? quod tamen pluribus ciuilium legum sanctionibus non permitti, plusquā certū est. nónne Romani proprijs se telis iugulauerunt? Dum hac se ex nassa eximere legū interpretes volunt, varij varias assignant rationes: quin potius, vt ita dixerim, miserabiliter se torquent: quidam idcirco factum dicunt, ne si libertatis iura captiui retinerent, factio quoꝗ testamenti eis salua esset: quod si datum proponeretur, facile victoribus fuisset, se eorum bonis insinuare. Fatua ratio, quasi prætoris non extet edictum, quod vi vel metus causa factum sit, id rescindi debere. At metum apud victorem ipso iure præsumi dicendum est, cùm & minori plerunꝗ causa idem lex opinetur, veluti si filia coram patre etiam tacente hæreditati renunciauerit, prę sumit legislator metu factum. Alij nouam se adducere rationem dicunt: id scilicet instituisse Romanos, vt qui captiui essent, seruarentur. Nam victores si ob eorum vitam nihil se lucrari vidissent, facile in eam adducti forent immanitatem, vt existimarent trucidandos, vtpote sibi inutilia mancipia. Verùm qui hanc ratio-

nem receperit, idem dicat de eo qui à latronibus capitur, necesse est: cùm non minori sint in periculo, qui ab huiusmodi nefarijs viris capiuntur, quàm hi quos milites sua virtute & iusto bello acquirunt. Cur ergo negauere iura ciuilia à latrone captum seruorum iure censeri? in hoc igitur eos falsos esse non dubitem, quòd quæ seruorum etymologia sit, eandem & rationem esse, cur seruiant, opinati sunt. si igitur contra omnium, quorum edita sit sententia, preter Fulgosium, nostram hanc propositionem veram duxerimus, cùm vtrinque bella licita sint, non est nouum, nec absque ratione, si tam Romani quàm hostes inde lucrentur, & ex alterutra parte capti non iniuria seruiant. nam cùm bella sint ex iure gentium orta, æqua lãce eo vti Romanos cum alijs equũ fuit. tametsi enim iure ciuili nobiliores redditi sint Quirites, maioremque autoritatem inde comparauerint, quoties tamen de gentium iure agimus, nulla inter eos & alienigenas differentia est: tũc quippe id ius in vsu est, quod omnibus commune, nulli proprium existimatur. Libet obiter referre Barbari hominis Brenni, qui Senonum regulus fuit, dicteriũ. is interrogantibus Romanorum legatis, qua nam ratione Clusium Hetruriæ vrbem obsidione premeret. Iure, inquit, naturali hoc facio: quo is qui minus fortis sit, potentiori cedere iubetur: nam eo etiam pecudes & bruta animalia vti deprendimus, cùm tauros, leones, aquilas, cæteraque animantia idcirco dominari videmus: quoniam alios viribus præcellant, quod & vos Romani secuti estis, cũ Fidenates, Ardeates, Veios, Volscos, non alia subegistis ratione, quàm quòd illis præstantiores virium virtute habebamini. Quin & Aristides in oratione, quam ad Rhodios misit: Lex, inquit, naturæ est à potentioribus plane clarior facta, vt maioribus minores pareant: & qui propterea libertatem tolli opinatur, hic à vero longe abest: nec aliud inde sequitur, quàm si homunciones nos conspiratione facta dijs gigantum more cõgrederemur: vel emuli eos nullos esse crederemus. & hec quidem illi de pristino vti arbitror naturali iure dixerunt, quæ tamen legibus nostris consentanea esse fateri non ausim: cum eo iure, quo nihil vlterius quàm mera æquitas spectabatur, illicita fuisse omnia bella magis verisimile est, idq́ ex Pauli verbis in l. postliminium. in principio. in versi. per iniuriam. de captiuis. probabile admodum videtur. Hæc Andreas Alciatus, Iurisconsultorum nostri temporis iubar.

in Bello à principe indicto capti efficiuntur serui, & res capientium. Aretin. in l. qui à latronibus. ff. de testa. folio 207. numero 1. dicit etiam ibi in numero 3. quòd quæsita in bello iusto, efficiuntur capientium.

Bona in patrimonio tot dicuntur esse, quantum est æstimatio deductis expensis. Are. in l. si hominem. ff. depositi. fol. 55. nume. 4. facit ad hoc quæ ponit Fely. in c. ad nostram. in j. col. versi. ex his infertur. de iureiur. fol. 208. nu. 4. impressionis Venetæ. 1521. de impetrante scilicet beneficium vsque ad valorem centum aureorum singulo anno. demum si vacauit beneficium redditus ducentorum aureorũ, computatis tamen expensis non valebat vltra centum: istud beneficium censetur rectè impetratum. alleg. Bar. ita no. in l. sed si hoc. §. quidã. ff. de condi. & demon. & in l. j. in iij. col. versi. pone impetraui. C. de fruc. & lit. expen. & Paulus de Castro in l. non amplius. in prin. ff. de lega. primo. dicit tamen ipse, quòd Romana curia hoc nõ admitteret, quia tales gratiæ sunt odiosæ: adducit autem ad hoc c. quamuis. el. j. de præben. lib. vj.

Bonorum possessio prætoria annalis est: facultas vero adeundi de iure ciuili est prætoria. Are. in l. moribus. §. interdum. ff. de vulga. & pupilla. fo. 74. nu. 13.

Bonus præsumitur vnusquisq́, nisi probetur contrarium. Aret. in l. in substitutione. ff. de vulg. & pupil. fo. 97. nu. 5.

Bonorum publicatio quæ fit ex capitali crimine, non extenditur ad bona quæsita post sententiam. Are. in l. eius qui. §. si cui. ff. de testa. fo. 204. nu. 1. & vide etiam ibi eundem in nu. 2. vbi quærit, nunquid si ex priuato crimine infertur pœna mortis, tacitè sequatur publicatio bonorum.

Bonorum administratio cui à lege est interdicta, deterioris conditionis est, quàm si sibi simpliciter prohibita esset alienatio bonorũ. Aret. in l. is cui lege bonis. ff. de testa. fo. 211. nu. 1.

Boni mores quomodo de iure ciuili, & quomodo de iure canonico cõsiderentur. vide Are. in l. pacta. C. de pac. fo. 17. nu. 1.

Brachium ecclesiasticum & seculare debent se mutuo iuuare. vide Panormi. in c. j. de offi. ordi.



Captus in repræsalijs pro debito vel delicto alterius, an & quando repetere possit ab eo id quod soluit. Are. in l. stipulationum. §. item si in facto. ff. de verborum obliga. fo. 78. nu. 16.

Capti an efficiantur capientium, quando ciuitates facientes bellum recognoscunt superiorem. vide Aret. in l. qui à latronibus. ff. de testa. fo. 207. nu. 2.

Captura est remedium subsidiarium de iure communi. vide Aret. in j. ff. si cer. pet. numero 20. fo. 4. & adde Barto. plene in l. sacrilegij. §. pe. ff. ad l. Iul. pecu. & etiã in l. nemo carcerem. C. de exac. tribu. an autem captura dicatur de processu, vide Pet. de Anch. in clemen. j. de exces. prela. & ibi do. Car. circa fi. in versi. sexto quæro. & vide Fely. in c. quoniam contra. de proba. ver. ex quibus. nu. 13. fol. 96. in secunda parte, in impressione Veneta. 1521.

Causa vel titulus habilis ad dominij translationem non requiritur ad hoc, vt ex consumptione transferatur dominium. Areti. in l. si ego pecuniam. si cer. pet. fo. 15. nu. 3.

Causæ si sunt compatibiles, non impeditur translatio dominij, siue prę cesserit obligatio, siue non. Are. ibidem. nu. 4.

Causa iusta litigandi excusat à pœna, vt habetur in l. ab executore. in gl. ordi. & ibi per Bal. C. quorum appel. non re. & hoc asserit Aret. in l. quidam. si cer. pet. fo. 18. nu. 6.

Causa de futuro impleta quando reducitur ad non causam propter resolutionem effectus implementi, competit condictio ob causam, ac si causa nullo modo esset secuta. Are. in l. si ob rem. ff. de condi. ob causam. fo. 39. nu. 4.

Cautio Mutiana an habeat locum in contractibus. vide per Aret. in l. dedi tibi pecuniam. ff. de condi. causa data. fo. 39. nu. 5. & vide etiam eundem Are. in l. siue apud acta. C. de transactio. in versi. in gloss. c. pacto. & etiam vide notata per Bartolum & Bald. in d. l. siue apud acta.

Causa possessionis mutatur per superuenientiam causæ, ex qua quæritur dominium. Aret. in l. possideri. §. ex pluribus. ff. de acquiren. pos. fo. 17. nu. 24.

Causa in sententia exprimenda videtur. vt per Areti. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. fol. 141. nu. 23. & habetur etiam ibi in nu. 24. quòd falsa causa expressa in sententia, non reddit sententiam nullam. item in nu. 25. dicit idem Aret. ꝙ iusta causa litigandi excusat à pœna expensarum.

Cautio interponi debet etiam in contractibus stricti iuris. ita Areti. in l. solu. ma. ff. solu. ma. fo. 6. nu. 6.

Cautio de non offendendo peti non potest, nisi coram iudice ordinario ipsius rei. Areti. in l. solu. matri. §. quod si. ff. soluto matri. fol. 7. in nu. 13.

Carceratus si aufugit, non tenetur amplius fideiussor de iudicio sisti. ita dixit notabiliter Bal. in l. qui crimen. C. qui accus. non pos. in x. q. & idem dicit Areti. in l. qui iurasse. ff. de iureiu. §. si ei qui debitorem. fo. 33. nu. 14.

Cardinalis à Cardine dicitur. debent enim esse tanquam cardines in ecclesia: vnde in cãtico quod incipit exultauit, dicitur, domini sunt cardines terrę, & posuit super eos orbem.

Cardinalium, de dignitate, honore, prærogatiua, & origine. vide Lud. Ro. cõsi. cccccxcviij. & sermonem eius in laudem beati Thomę, qui est vltimus in ordine consiliorum eius.

Vide tex. in c. presbyteri. xxiiij. di. quòd Cardinalis accipitur pro proprio & intitulato. ibi, sciturus visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse pontifices.

Cardinalis & collegium Cardinalium licet dignitatem & honorificentiam habeant, vt not. Ioan. Andr. in capitulo primo. de schisma. in nouella. libro sexto. & assistant Papę etiam, vt not. plene Ioannes Andr. post Hostien. in c. ad liberandam. in iij. colum. in glos. nota contra extrà, de Iudæis. nullam tamen iurisdictionem, nec autoritatem habent, nec potestatem, nisi vt quodlibet simplex collegium viuente Papa, & eo defuncto quòd possunt & debent eligere successorem: & interim antequam eligant, possunt solùm illa de quibus legitur & not. in capi. primo. de schis. in fin. libro sexto. in gloss. & hodie est determinatum in c. ne Romani. extrà, de elec. in clementina.

Cardinales licet collegialiter habent ius collegij, vt per docto. in l. fina. ff. de collegijs. & viuente Papa nullam iurisdictionem habent, nec disponendi facultatem, nisi circa respicientia collegium. de quibus per docto. in d. l. fin. Mortuo Papa nullam iurisdictionem habent, nisi eligendi successorem. lxxix. distin. in princ. electionem verò sibi dominus reseruauit, excepto casu hæresis: & tunc non spectant ad Cardinales, sed ad concilium generale, vt habetur per Ioã. And. post Archi. in c. in fidei. de hære. libro vj. in nouella. Mortuo Papa nullam iurisdictionem papalem possunt exercere, neque singuli, neque collegialiter. vt in c. vbi periculum. de elect. lib. vj. & in clementina, ne Romani. de elec. quicquid dixit Hostien. quia fuit Cardinalis. in c. ex eo. extrà, de hæreti. quod refert Ioan. And. in c. j. de schisma. lib. vj. in glo.

Cardinales cum officio legationis mittebantur olim ad tradendum pallium archiepiscopi. Nota domi. Abbatem in c. & si quæstiones. de simonia.

Canonica monitio præcedere debet excommunicationem. Aret. in l. liber homo. §. decem hodie. ff. de verborum obligationi. fo. 134. numero 4.

Certum id esse dicitur, cuius qualitas, supple & quidditas seu essentia demonstratur: hoc est, quid sit, vt exponit iurisconsul. in l. stipulationum

lationum aliæ.ff.de verborum oblig.Arc.in l.certum.si cer.pet.fo.9.nu.2.& dixit Bal.in l.hac consul.iij.col.C.qui testa.fa.pos.certũ esse,in quo non potest esse fallentia.

Certi condictio nedum competit,vbi certum petitur ex actione natiua,sed ex actione datiua.Areti.in l.certi condictio.si certum pet.fo.9.numero 5.quoniam vero sæpenumero de nomine condictionis fit mentio apud iurisconsultos,non ab re(vt censeo) erit copiosius aliquantulum de hoc nomine disserere:quoniam verbum alioqui frequens & obuiũ quandoq; negotium etiam viris bene doctis facessere vidi.Conditio igitur cum sine c scribitur, à condo deducitur:& est dispositio quædam,& veluti sors fortunarũ, temporũ, rerum.inde exclamat Cicero, O miseram cõditionem administrandi consulatus.Aurelius,Ea temporum conditio erat,vt ne cõqueri quidem de iniurijs fas esset.Quod & nunc dicere possumus nos Itali,quibus non licet de iniurijs, neque damnis à barbaris militibus illatis conqueri:& si quis conqueratur,non auditur,cùm ius sit in armis: sed hæc mittamus. quando ita visum est superis, Italos ob nimiam eorum superbiam & arrogantiam hoc genere supplicij affligere,vt resipiscere velint, atque ab eorum grauissimis abstinere peccatis:quæ enim vitia tam grauia, tam immania, quibus Itali non vtantur?quo fit vt minime mirum haberi debeat, si deus ipse quandoque iratus permittat vel Turcas, vel cæteras barbaras gentes in eos seuire:& vtinam non peiora his quandoque perpetiantur.sed de his aliàs:nunc ad rem nostram reuertamur. Significat etiam hoc verbum, Conditio,oblatam potestatem aliquid eligẽdi. vnde dicimus,offero tibi conditionem,& oblata est mihi conditio: item fero, seu pono conditionem: vt apud Terentium amatores Chrysidis tulerunt mulieri conditionem:id est, si vellet eis morem gerere,se pretium daturos:illa vero accepit conditionem: hoc est pactioni consensit.Idem ferè significant, offero electionem, & do optionem:nisi quòd hæc de duobus aut de pluribus dicuntur:vt,offero electionẽ vtrum mauis petenti:do optionẽ quod vis potissimũ optandi.illud vero de vna qualibet re dicitur, vt offero Chrysidi conditionẽ,vnam.s.dũtaxat:qñ vero cum c scribitur condictio, nõ à condo,sed à condico deriuatur:quod verbum raro in vsu est.condicere enim prisca lingua pronunciare est:nunc verò(vt imperator noster Iustinianus inquit) condictionẽ dicimus actionẽ in personam,quam actor intendit sibi dari oportere: & condictũ dicimus, quod in cõmune dictũ est,atq; decretũ:vbi igiť apud iurisconsultos huiusce nominis mentionem fieri inuenies,fere semper in hoc vltimo significatu erit,& per c scribendum est.

Condictio certi quę competit ex mutuo ficto, est actio natiua, & non datiua:ita dicit Arc.in l.si à furioso.si cer.pe.fo.14.nu.2.

in Condictione certi generali idem videtur esse medium concludendi, quod est in actione speciali.Arc.in l.qui iurasse.in §.si ei qui debitoreni.ff.de iureiur.fo.33.in nu.17.

Cessionarius qui contra debitorem ex iure sibi cesso litigat, nunquid debeat prosequi litem sumptibus proprijs, vel credentis. vide remissiones quas adducit Arc.in l.vẽditoris.ff.de ver.ob.fo.117.nu.3.

Cessio facta pro minori pretio,non præsumitur simulata.Arc.in l.si is qui bonis.ff.de acqui.hære.fo.191.nu.4.

Citatio per edictum qñ fieri possit.vide Arc.in l.qui ante calendas.ff. de verb.obli.fo.92.nu.7.& vide ibi.fo.eo.nu.8.nũquid is qui abest de longinquo,possit citari ad totam causam.vide etiam ibi in nu.9. & 10.an sufficit citatio generalis ad hoc, vt quis non debeat citari ad audiendam sententiam.

Ciborum appellatione non veniunt medicinæ.Arc.in l.si seruum.ff. de verb.obli.fo.111.nu.8.

in Citatione nunquid requiratur locus,vbi quis comparere debet.vide Arc.in l.liber homo.§.decẽ hodie.ff.de verb.obl.fo.134.nu.5.

Citatio est de substantia processus in causa principali.Areti.in l.nemo potest.ff.de leg.j.nu.3.

Citatio prima incipere potest à procuratoris persona.Aret.in l.cũ qui res.C.de procura.fo.45.nu.1.

Citatio facta de minore est valida, licet non sit facta mentio curatoris. Arc.in l.cum & minores.C.si aduersus rem iudi.fo.54.nu.2.

Ciuilis possessio immediate per sensum probari non potest.vide Arc. in l.j.ff.si cer.pe.nu.9.fo.3.

Ciuitas quæ recipit mutuum per syndicum habet perpetuam exceptionem non numeratæ pecuniæ.ita dicit Arc.in l.ciuitas.si cer.pe. fo.19.nume.3.si enim pecunia non est numerata, ergo non potuit verti in vtilitatem ciuitatis:& hoc dixit Bal.de ecclesia in auť.hoc ius porrectum.C.de sacrosan. eccle.cuius verba subijcienda duxi: quia faciunt ad propositum causæ d.Iuliani Franconi affinis mei. ita enim inquit Bal.Ecclesia non obligatur in mutuo,nisi interuenerit numeratio & conuersio:& primo apparet, quòd exceptio nõ nu.pecu.perpetuò competat ecclesię:quia nõ est proprie exceptio, sed potius nullitas ipso iure:pręterea requiritur conuersio:& dicit Inno.quòd contrahens cum ecclesia,debet esse sollicitus de conuersione in tribus casibus expressis in iure, non in alijs:primus in mutuo:secũdus in deposito:tertius quòd res ecclesię vendiť pro debito,vt hic,& extrà,deposi.c.grauis.Vnde si draperius vendit pannũ Abbati pro vestiẽdis monachis:licet Abbas non conuertat in hoc tamen tenetur monasterium:etsi debitor ecclesiæ soluat rectori,licet rector non conuertat in vtilitatem ecclesiæ, tamen ipso iure liberatur: vt no.Inno.in d.c.grauis.item dicit Inno.vnum pulchrũ dictum & singulare:& communiter illud ignoratur secundùm do. Card.in c.ex præsentium.extrà,de pig.quod dictũ fuit maxime cõducibile,& vtile,in dicta causa d.Iuliani Franconi.Dicit inquã Inn. quòd vbi sacerdos non cõuertit mutuum in vtilitatem ecclesiæ, teneť creditori ipse sacerdos: hoc autẽ habeť ab Inn.in c.præsentiũ. extrà de pigno.Erũt scio multi,qui institutũ hoc meũ reprehẽdent, & accusabunt, quòd alienos labores alienasq; vigilias in hoc meo reponam repertorio.attamen si æquitatẽ adamabunt, potius me meũq; cõmendabunt institutũ,qñ ordinem hunc in lecturis Francisci Aretini adinuenerim,à nemine, qđ sciã,adhuc inuentũ:pręterea non est vituperandus quis,si arborẽ transplantet ex solo fortasse sis infœcundo in solũ fertile:sæpenumero enim contigit, vt arbor aliqua,quę in natiua terra infœcunda ac sterilis omnino erat, aliò transplantata,fructus proferat,pręterea quis est adeo eruditus,adeo omnibus disciplinis instructus,vt qui eũ præcesserunt, nõ imiteť, nõ aliqđ accipiat,ac ꝓprijs suis nõ immisceat scriptis?pręterea Solinus in prologo operis sui,ita ait:Quid propriũ nostrũ esse põt,cũ nihil omiserit antiquitatis diligentia.Præterea Cicero ille oratorũ omniũ longe præstãtissimus,nõne sępenumero suis in operibus fatetur se multa vel ex Demosthene,vel etiam ex alijs præstantissimis rhetoribus excerpsisse?nõne Virg. quoq; grãmaticorũ omniũ testimonio multa ab Homero,ab Appollonio, & ab alijs cũ Grecis,tum Latinis poëtis accepit?& vt etiã inquit Terentius,Nihil est dictũ,quin nõ fuerit prius dictũ.Quare vos rogo, lectores optimi, ne studium hoc meum,ne'ue hanc qua vsus sum diligẽtiam in hoc elucubrando repertorio vituperemini:veruntñ qñ Aristoteles ille Peripateticæ disciplinæ autor, & institutor, non potuit huiusmodi repræhensiones effugere: quippe qui sæpenumero sepia nominatur, & tanquam fur incessitur:Vergilius in ordinem redigitur: Seneca lancinatur:Plato vellicatur:Plinius turbare, & fascicularià facere insimulatur: cuncta olfacere, nihil degustare:omnia glutire,nihil concoquere: & si libeat à caluo ad caluũ opinatos autores excutere,in singulis Momus saltẽ sandalia carpet:& fortasse rectè, qñ nõ omnia vni dĳ dederũt:ego quoq; nõ molestè ferã, me aliqua in re accusari,cũ celeberrimi quiq; autores accuseñ & reprehendaň.Nec ob id ab instituto meo vnquã desistã, sed oĩbus viribus enitar,vt quàm plurimis prosim, neminiq; noceã: putabo autẽ me pluribus prodesse,si paruũ hoc viuendi tps, quod ab oĩpotenti deo mihi datũ est,in huiuscemodi laboribus expendã:quã ob rẽ decreui in hoc meo conficiendo repertorio apes imitari, quę vagantur, & flores carpunt:deinde quicquid attulere, deponunt ac per fauos diuidunt,& succũ variũ in vnũ saporẽ mistura quadã & ꝓprietate sui mutant.Nos quoq; quicquid diuersa lectione quæsiuimus,committemus stylo,vt in ordinem eodẽ digerente coalescant:inde dixit etiam Lucretius de seipso,Floriferis vt apes in saltibus omnia libant,Omnia nos itidem depascimur aurea dicta: Aurea perpetua semper dignissima vita.

Ciuis habens officium in ciuitate propria, potest negotiari, licet officium sit temporale. Arc.in l.principalibus.si cer.pet.fo.22.nu.3.

Ciuilis possessio solo animo retineť, quãuis nõ sit cũ naturali coniuncta. Arc.in l.possideri.§.saltus.ff.de acqui.posses.fo.21.nu.57.

Ciuilis possessio acquiri nõ potest,nisi corporeo actu mediante. Aret. in l.quemadmodum.ff.de acqui.pos.fo.26.nu.1.

Ciuitas subdita an possit statuere aliquid in præiudicium superioris. vide Arc.in l.continuus.§.cum quis.ff.de verb.obl.fol.170.in numero 22.& 23.& 24.

Creditor quando habet pignus penes se, non potest iurare debitorem suspectum, quia præsumitur esse securus: ita dixit Bald.in l.creditor.si certum petatur. & ibi etiam Aret.fol.20.nume.2. Quæ lex, dicit ibi glo. non seruatur à Venetis, qui reuera iudicant sæpenumero non legibus, sed ad libitum suum, & pro captu ingenij: & ideo mirum non est, si consilia prudentissimorum iurisconsultorum ab ipsis paruipenduntur: quippe dicunt, non esse attendendas leges, sed æquitatem: quæ tamen æquitas vtinam eum haberet locum apud eos, quem dicūt. Sed de hoc ipsi viderint: nolo enim de hac re nunc verba facere.

Creditor missus in possessionem nominis debitoris, agere potest vtili actione ex contractu aduersus debitorem debitoris. Areti.in l.ait prætor.la ij.ff.de iureiur.fo.28.nu.19.

Creditori in diem quando potest esse cautum per exceptionem de præsenti sibi quæsitam, tunc non potest agi ad cauendum. Areti.in l. dedi tibi.ff.de condic.ob causam.fo.39.nu.3.

Creditor non cogitur rem debitori reddere, nisi prius idonea cautione recepta. Areti.in l.quamuis.ff.de pig.act.fo.47.nu.3.

Creditor quando soluit duplum, & non potest repetere, perinde est ac si nunquam aliquam pecuniam habuisset. Areti.in l.si pignore. §.si creditor.ff.de pig.act.fo.48.nu.4.

Creditor meus quando pignorauit rem meam mea voluntate, potest cogi vt eam releuet. Areti.in l.petenti.ff.de pigno.act.fo.49.nu.1.

Creditor qui fecit pactum de ingrediendo rem propria autoritate, potest vti pacto executiuo etiam contradicente debitore, & resistente. Aret.in l.qui retiario.ff.de pig.act.fo.49.nu.3.

Creditor inuito debitore non potest percipere & consumere fructus, vt computet eos sibi in sortem. Areti.in l.Caius Seius.ff.de pigno. actio.fo.49.nu.1.

Creditor non videtur posidere ciuiliter, sed naturaliter duntaxat. Areti.in l.debito.§.soluta pecunia.ff.de pig.act.fo.eo.nu.3.

Creditor qui habet fidem de pretio, si propter hoc plus non vendidit rem, dicitur esse in culpa: secus si propter hoc plus vendat rem. Areti.in l.creditor.ff.de pig.act.fo.50.nu.1.

Creditor quando conuenitur ex dolo, speciale est, quòd potest agi pignoratitia ante solutam pecuniam. Are.in l.pignori.ff.de pig.acti. fo.50.nu.2.

Creditor plus debito petens, videtur constituere debitorem in mora pro rata quæ sibi debetur, nec potest negari totum. Are.in l.si mulier.ff.ad senatuscon.Velleia.fo.51.nu.3.

Creditor quando confitetur se debere personæ coniunctæ, sicut est vxor, ista confessio præsumitur fraudulenta, his duobus concurrentibus, coniunctione scilicet personæ, & quòd debitor sit non soluendo. Areti.in l. Seia mancipia.ff.ad senatusconsul.Velleia.folio 52. numero 2.

Creditor qui scit aliū intercedere ex mandato mulieris, hoc ipso cōuincitur esse in fraudem. Areti.in l.si mulier.ff.ad senatuscon. Velle. fo.53.nu.3.

Creditoris bonis publicatis actiones hæ transferuntur in fiscum, quæ creditori tempore publicationis competebant. Are.in l.si fideiussor. ff.deposi.fo.56.nu.2.

Creditor ante diem etiam si offerat interesse interusurij debitori, non potest agere. vide Areti.in l.cum mandato.ff.mandati.folio 59.numero 2.

Creditor qui acceptat nomen minus idoneum, præiudicat sibi: quod intellige, si hoc facit scienter: secus si ignorāter. Areti.in l.cum mandato.§.abesse.ff.manda.fo.59.nu.11.

Creditor simpliciter acceptans confessionem rei, videtur id quod confitetur acceptare, non id quod negat. Are.in d.l.si quidē.C.de transf. fo.34.nu.2.

Creditor qui liberat per acceptilationem, videtur esse obligatus ad nō petendum. Are.in l.vbi pactum.C.de transac.fo.37.nu.2.

Curator in testamento dari non potest: vt habetur in l.curatorem.C. de nego.gest. & tamen datur tutor, vt in toto titulo de testa.tu. Dicit tamen Archi.ij.q.iij.c.Cyprianus. quòd de canonica æquitate etiam curator dari potest in testamento. vide Are.in lege, rogasti. si cer.peta.folio 13.numero 13.& adde ad eum Ioan.And.in c.fin.de iud.

iud.in vj.in nouel.& Bald.in marg.in ver.curator. dicit,ꝙ curator dari potest testamento de iure canonico, sicut tutor.hoc etiam tangit Ioan.de Imo.in l.ij.in princi.de vul.& pup.vbi etiam vide Archi.iurisconsultorum do.Bald. Cur autem non possit dari curator in testamento,vide doct.in l.fi.C.de testa.tu. vbi rationem & causam referunt.

Curator datus hæreditati facere debet inuentarium coram iudice,& in actis.Are.in l.si omnes.C.si mi.ab hære.se abstineat.fo.58.nu.3.

Culpa quando incidit contractui vel actui de se proviso, tum culpa nō punitur criminaliter,sicut dolus. Are.in l.si post decretum.C.si aduer.liber.fo.56.nu.4.

Colonus qui post finitam conductionem percipit fructus,tenetur furti,si eos percipiat contra voluntatem domini.in dubio vero permanendo in fundo sciente ipso domino,videtur denuo fundum reconducere.Are.in l.si quis.§.res pignori.si cer.peta.in nu.5.fo.7.& hoc etiam probatur in l.item quæritur.§.qui impleto.ff.loca.

Datio rei facta pendēte conditione,nunquam transfert dominium in contractibus.s.in quibus de sui essentia requiritur translatio dominij.Are.in l.omnia.si cer.peta.fo.9.nu.3.

Datio cohæredis extranei videtur tollere necessitatem. Aretin.in l.eius qui.si cer.pe.fo.23.nu.12.& vide eundem in l.ex parte.ff.de acqui.hære.fo.167.nu.1.

Datio quæ fit ob certam causam, ita parit condictionem ob causam, si effectus sequatur: sed per aliud medium, sicut si non sequeretur. Are.in l.dedi tibi.§.si liber.fo.3.nu.2.

Dans pecuniam iudici, vt ferat sententiam pro se,non dicitur turpiter dare,si habet iustā causam.Are.in l.omne.ff.de con.ob tur.causam.fo.46.nu.2.tu vide ad hoc quæ ponit glo.in l.j. C.de poe.iudi. qui ma.iud.

Dare vsumfructum,est inducere aliquē in fundum,patientiam'ue pręstare.Are.in l.quod meo.ff.de acqui.possess.fo.43.nu.12.&ibi etiā ponit de dictione,ue.

Datio quando ex arbitri sententia fieri debet,non parens sententię pœnam incurrit.Are.in l.stipulationum aliæ.§.si sortem.ff.de verbo. obli.fo.84.nu.12.

Datio cohæredis, vel substituti vulgaris,non infert grauamen filio. Are.in l.si posthumus.§.quod vulgo.ff. de libe. & posthu.fol.37. nume.5.

Datio cohæredis extranei tollit existentiam sui hæredis in dependentibus ex testamento.Areti.in l.quæsitum.ff.de acqui.hæredi.folio 159.nu.4.& in l.si pater.§.filio impuberi.ff.de vul.& pupilla.fo.81. numero 7.habes etiam ibi in nu.8.quòd exhæredatio in filio, tollit suitatem.

Datio cohæredis sui non tollit existentiam sui hæredis, etiam quo ad ea quę pendent ex testamento.Are.in l.si filius qui patri.ff.de vul. & pu.fo.82.nu.3.

Datio substituti vulgaris,non tollit effectum suitatis,quo ad trāsmissionem. Are.in l.Lucius.ff.de vulga.& pupil.folio 3.nu.1.& ibi etiā in nu.4.dicit,quòd datio cohæredis sui,non tollit suitatem,quo ad aliquem effectum. & vide eundem Are.in l.pro hærede.ff.de acqui.hæredi.fo.140.nu.3.

Damnatus ad mortem efficitur incontinenti seruus pœnę.Are.in l. eius qui.§.si cui.ff.de testa.fo.204.nu.3. vide etiam ibi eundē in nu me.4.vbi quærit,nunquid damnatus ad mortem possit relinquere ad pias causas.

Debitor ad hoc,vt constituatur in mora,oportet eum habere facultatem rei soluendæ.Areti.in l.quod te mihi.ff.si cer.peta.fol.7.nu.2. ex quo patet difficultatē excusari à mora, & à pœna vel interesse, quod debetur ratione moræ:vt l.si vehenda.§.penul.ff.ad l.Rho.de iactu.& l.Thais.§.j.ff.de fideicom.lib.& si vis de hac materia copiosius videre, adeas iurisconsultorum omnium ducem & vexilliferū do.Bart.qui tibi plenè satisfaciet post Dyn.in l.quidam consilium. ff.de verborum obligatio.& etiam in l.continuus.eod.titu.& excusat etiam difficultas à periurio, quemadmodum à mora: vt notat Barto.in l.Labeo.in fin.ff.de iureiuran.& Barto.& Bald.in l. quod te.si cer.peta.glo.sing.xxij.q.ij.beatus.in verbo,maioribus.vbi referendo eius verba,ibi glos.dicit not.quòd secundū canones excusatur quis à iuramento,propter maiora negotia.vt extrà,de iureiur. breui.& extrà eod.c.querelā.secus, secundū leges, quia difficultas præstationis non reddit stipulationem inutilem: vt ff.de verborū obligatio.l.continuus.§.illud.& vide Bal.in c.fi.de alie.feu.& in c. j.§.porro quæ sit prima causa.Sed an excuset à mora,vt suprà diximus,vide Alex.post Bart.in l.quod te.si cer.peta.vbi etiam dicit de periurio:& eundem in l.vinum.eo.titu. & in l.ad diem.de verbo. obli.quod non in obligatione dandi.An autem excuset à pœna in obligationibus faciendi,vide do.Maria.Soci.in consi.ij.incipien.circa præsentem.in j.parte.

Debitor cum dolose rem occidit, seu extinguit,licet se debitorē ignoret,tenetur tamen:vt habetur in l.si seruum.§. de illo.ff.de verbo. obliga.si tamen res non dolo suo extinguatur, sed nihilominus eā desinit posse soluere, non tenetur,nisi se debere sciat.ita Bart.in l. quod te.refere in fine legis,si cer.pe.vbi hoc idem refert Fran.Are.in d.l.fo.7.nume.3.

Debitor quantitatis,qui respectu speciei debitor est,liberatur perempta specie.ita Areti.in l.quod te.si cert.peta.fol.8.nu.5.& probatur in l.quidam testamento.§.fi.de lega.j.

Debitor soluens pecuniam ei,cui volo mutuare iussu meo,nō videtur principaliter soluere,vt contrahat mutuum de pecunia sua:sed potius vt liberet se à debito.Are.in l.singularia.si cer.pe.fo.14.nu.2.

Debitor soluens creditori aliud pro alio, tunc proprie non dicitur solutum quod debetur, sed satisfactum pro eo quod debetur.Areti. in l.lecta.si cer.pe.nu.3.fo.22.

Debitor putatiuus,qui solutum nō posset repetere, si soluit ob causam de futuro,non competit sibi condictio ob causam.Areti.in l.qui se debere.ff.de condi.ob causam.fo.40.nu.1.

Debitor qui promisit dotem,videtur soluisse de mandato mulieris soluendo ante matrimonium. vide Areti.diffuse in l.qui se debere.ff. de condi.ob causam.fo.41.nu.4.

Debitor in diem videtur comprehendi appellatione debitoris, sed tamen proprie non est debitor.vide Areti.in l. in diem.ff.de condi. indebi.fo.45.nume.2.cui adde quæ ponit do. Iason May.Insti.de acti.§.actionum.& eidem etiam cōiungas do.Alex.de Imo. in consi.xij.in ij.parte.& in consi.ij.in iiij. qui vberrime & astucter hanc discurit materiam.

Debitum naturaliter,quod nunquā concomitantiam obligationis ciuilis habuit,solutum non videtur posse repeti. Areti.in l.naturaliter.ff.de condi.inde.fo.45.nu.1.

Debitor potest soluere creditori creditoris,& liberatur. Areti.i l.n solutum.§.solutam.ff.de pigno.acti.fo.47.nu.8.

Debitor in modica quantitate non prohibetur esse tutor. Areti.in l.si quis ex pignore.ff.de pig.acti.fo.49.nu.4.

Debitum in diem non compensabitur. Are.in l.quod in diem.ff.de cōpen.fo.53.prima manu.& vide idem tenētem do.Bar.Soci.in cōsil. xciij.incip.circa primū versi.pręterea illa.circa prin.in j.parte.

Debitor quando delegatur periculo delegantis, delegatio dicitur fieri vtriusꝙ gratia. Are.in l.cum mandato.§.interdum.ff.manda.fo.59. numero 4.

Debitum primæ obligationis transfunditur in sequentem, quādo administratio noua conceditur. Areti.in l.procurator.§.non ideo.ff. manda.fo.61.nu.4.

Debitor qui dedit rem pignori,& constituit se eam nomine creditoris possidere,an postea vendendo eam alteri,& constituendo similiter se eam nomine emptoris possidere, transferat possessionem.vide Are.in l.quamuis.§.si conditor.ff.de acqui.pos.fo.55.nu.4.

Debitor non tenetur ex contractu stricti iuris.Are.in l.Iulianus.§.qui fundum.ff.de verbo.oblig.fo.153.in nu.4.

Debitum cùm non est liquidum,satis est,ꝙ debitor offerat se paratum ad liquidationem debiti.Areti.in l.si seruus communis.ff.de vulg. & pupil.fo.92.nu.4.

Debitori soluenti competit officium iudicis, vt imponatur actori per factum.C.de transac.fo.28.nu.4.

Decretum iudicis est actus indiuiduus,sicut quælibet sententia.Areti. in l.certi condictio.fo.11.nu.21. & probatur hoc in l.in hoc iudicio. ff.fami.ercis.nō potest enim per hoc pro parte esse validum,& pro parte non.

Decretum interpositum ex falsa causa,est ipso iure nullum.Aret.in l. certi condictio.si cer.pe.fo.11.nu.22.probatur autē hoc cùm per plurimas leges,tum vero per scribentes plurimos. & maxime probari videtur per l.j.§.hęc verba.ff.ne vis fi.ei.& per l.cū vero.§.subuentū. ff.de fideicō.lib.itē per eundē Are.in l.si is ad.de acqui.pos.ff.& etiam in l.si putas.C.de pe.hære.& no.per d.Bar.etiā in l.iuste possidet.ff.de acqui.pos.& in l.Fulcinius.§.j.ff.qui.ex cau.in pos.ca.& præter alios vide Alex.de Imo.in cōsi.suo mihi nu.lij.iij.parte.& Are.etiam in l.si is ad quem.ff.de acqui.hæredi.fo.145.nu.3.

Declaratio voluntatis simplex vel renunciatio facta parte absente,sufficit ad impediendum ius oriri. Areti.in l. Labeo etiam absenti.ff. de iureiur.fo.36.nu.3.

Defendendo se qui modū excessit,an debeat puniri totaliter vt homicida.vide Are.in l.si ab hostibus.ff.sol.matri.fo.21.nu.3.

Delegatio facta sub cōditione, non liberat debitorē,nisi cōditione adueniente.Are.in l.qui se debere.ff.de cōdi.ob causam.fo.41.nu.3.

Delegatio debitoris quę fit creditori,dicit principaliter fieri ad creditoris vtilitatē. Are.in l. si mādato.§.quod mihi.ff.mādati.fo.61.nu.4.

Delictum semel consummatū, & pœna imposita non tollitur per pœnitentiam.Are.in l.improbum.C.ex qui.cau.infa.irro.fo.44.nu.1. quærit etiam ibi Are.an minor excusetur in delictis.

Demonstrare aliquid per nomē propriū,vel per aliud,quod idem significet,vel ęque bene repręsentet,idē est,quemadmodū, inquit,glos. in cōfinibus,in l.si quis in fundi vocabulo.ff.de lega.j.quippe mini

mē opus est, exprimere confines rei petitæ, si ex aliis demonstrationibus fundus est certus. vide Fely. in c. significantibus. de libel. obla. in ver. quarta conclusio. & eundē etiā in c. significante. de rescrip. necnon & do. Alex. de Imo. in cōsi. viij. iiij. parte. quibus adde Fran ci. Areti. in l. certū. nume. 3. fo. 9. & ad hoc vt nominis expressio significet rem certā loco confiniū, debet illud nomen de necessitate, nō autem præsumptiue cōcludere: ita refert iurisconsultissimus ille Bart. singu. in materia inquisitionis, in l. quæ cōditio. §. fi. ff. de conditio. & demon. & adde Areti. vbi. s. in nu. 4.

Demōstratio facta ad digitū est sufficiens & certa, veluti ea quę fit per expressionē alicuius qualitatis. Fran. Arc. ff. si cer. pet. in l. certum. nu. 5. fo. 9.

Demonstratio personæ fit quandoque à matre, sicut à patre, fit etiam nonnunquā à filio, quando filius esset ita notabilis persona, quòd per eum facile demonstraretur. ita Areti. in l. & si pepercerit. ff. de liberis & posth. fo. 27. in nu. 2.

Depositū non reddens vel celans instrumentū meum, dicit̃ turpiter facere: & idē si reddat recepta pecunia. & qua pœna puniat̃ occultās instrumentū, vide per Bart. in l. locum. §. ij. de tabu. exhi. ff. & vide Arc. in l. qui accusare. C. de edē. & vide etiā do. Alex. de Imo. in d. l. qui accusare. qui dicit, ꝙ nō punit̃ de falso: puniret̃ tamē quis de falso, si occultaret protocollū notarij. & vide etiā aliquid, licet breuiter, per eundem Arc. in l. omne quod datur. ff. de condi. ob tur. causam. fo. 44. nu. 1.

Depositarius rem redimendo non potest euitare pœnam, quæ semel propter dolum in committendo obligauit eum. Areti. in l. depositum. §. hanc actionem. ff. deposi. fo. 54. nu. 6.

Depositio seu relaxatio sequestri facti de consensu partium, vel mutatio non potest fieri parte non citata. Arc. in l. si apud. ff. depo. fo. 55. nu. 1.

Depositum quando fit ex certa causa, obligatio & obligationis qualitas limitatur secundū causam. Arc. in l. si is apud. ff. depo. fo. 55. nu. 1.

Depositū quod fit ad numerū, videtur in dubio fieri in quantitate, & non in specie. Arc. in l. Lucius Titius. ff. depo. fo. 56. nu. 2.

Deportatus potest sibi acquirere ex cōtractu iurisgentiū. vide Arc. in l. cū mādato. §. is cuius. ff. man. fo. 59. nu. 7. & vide etiā eundē Arc. in l. j. C. de here. insti. fo. 103. nu. 1. vbi multa dicit de hac materia. An autē testamentū, & ex eo acquisitio fit de iure ciuili vel gentiū, vide do. Alex. de Imo. in cōsi. ij. in j. parte. & in cōsi. lxxxvij. in ij. parte. prętereа poteris etiam videre, quæ dicit do. Iason May. ad hæc facientia, Insti. de act. in prin.

Depositarius seu cōmodatarius non possident, sed detinent rem. Arc. in l. possideri. §. illud. ff. de acqui. posses. fo. 22. nu. 73.

Deputata ad vsum publicum non possidentur ab aliquo, etiam ab vniuersitate loci, sed quisq; iure facultatis vtitur his locis. Areti. in l. j. §. municeps. ff. de acqui. posses. fo. 13. nu. 92.

Deperditū dicit̃ id, cuius est amissa possessio, licet retentū sit dominiū. Arc. in l. interdum. §. qđ ex naufragio. ff. de acqui. pos. fo. 45. nu. 4.

Deputati à lege, qui tamen non possunt cognoscere sine speciali commissione, dicuntur magis ordinarij quàm delegati. Arc. in l. fundi. ff. de acqui. pos. fo. 56. nu. 4.

Destructo collegio per mortem omnium, nunquid possessio rerum collegij vacet. vide per Bar. in l. j. de acqui. pos. ff. & ibi etiam Areti. in §. municipes. fo. 13. in nu. 95. & vide Abb. in c. recolentes. de sta. mo. & vide etiam Bar. de excel. præla. c. dilecta.

Detentatio, quæ non est penes aliquē ex aliqua iusta causa, dicitur merum factum. Arc. in l. possessionem. ff. de acqui. pos. 53. nu. 4.

Deo semel dedicatū nō potest fieri prophanū, nisi autoritate solius pōtificis. Arc. in l. q vniuersas. §. possessionē. ff. de acq. pos. fo. 53. nu. 3.

Deus remunerator est aduerbiorum, nō adiectiuorum, secundū glo. in c. j. de colu. detegē. gl. in c. monachi. xvj. q. j. quia vt dicit Ambro. nō satis est bonum facere, nisi ex bono fonte, hoc est, ex bona voluntate proficiscatur. c. non satis. lxxxvj. di.

Determinatio vna simul determinans plura determinabilia, debet ea pariter determinare. Aretin. in l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pupil. in nu. 4. dicit etiam idem Aretinus in l. si filius qui patri. ff. eod. fo. 82. nu. 4. ꝙ determinatio vna nō determinat plura determinabilia vniformiter, quando est diuersa ratio inter ea quę determinantur.

Deus nō facit differentiam inter simplicē promissionē, & iuramento firmatā. Arc. in l. petens. C. de pac. fo. 24. nu. 6. habes itē ibi in nu. 7. vbi ius canonicum expresse nō contradicit, stamus iuri ciuili.

Deus non solùm cœlum & terram, nec solùm angelum & hominem, sed nec exigui & cōtemptibilis animātis viscera, nec auis pennulā, nec herbę flosculum, nec arboris folium, sine suarum partiū cōuenientia derelinquit. ita diuus Aug. in lib. 2. de ciui. Dei.

Deductio ad experiētia valida est in iure, & probatur in procemio ff. circa prin. in autē. de mona. circa prin. ff. de leg. iij. l. si chorus. §. his verbis. de vete. iur. enucle. l. ij. §. quæ omnia. de elec. c. quā sit. lib. vj.

Difficultas excusat in duob⁹ casib⁹, quādo quis est debitor quātitatis. vide Arc. in l. cōtinuus. §. illud. ff. de verb. obli. fo. 168. nu. 15. an autē difficultas debitoris excuset eū à periurio, vide eundē ibi in nu. 16.

Differentiam inter soluere & exigere ponit Areti. in l. non solū. ff. solu. matri. fo. 8. nu. 1.

Differentia inter successionem ab intestato, & successionem contra testamentum, quænam sit. vide Arc. in l. si quis posthumos. §. si filiū. ff. de libe. & posthu. fo. 32. nu. 7.

Differentiam inter contractus & vltimas voluntates ponit Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. fo. 51. in nu. 18.

Differentiam inter istas duas clausulas, mando vt adeas, si expediat adire, & si putas expedire, ponit Arc. in l. si quis mihi. in §. sed quid si. ff. de acqui. hæredi. fo. 15. in nu. 12.

Differentia est inter dolum & contumaciam, vt dicit Arc. in l. siue nostrum. ff. de in lit. iuran. quia dolus est occulta deceptio, contumacia autem est manifesta rebellio. Nunquid autem contumacia sit delictum, ponit Bar. in l. ij. ff. si ex noxa. cā aga. & in l. omne delictū. §. cōtumax. ff. de re mili. & dicit Fely. in c. super eo. el j. de testi. ꝙ cōtumacia nō infamat, quia proprie loquendo nō est delictum, cùm non constet in male agendo, sed in omittendo: & vide Bal. in l. & in multis. C. de appel. & in l. fi. C. de crimine stellionatus.

Dies solutioni adiecta, nō videt̃ adiecta cā limitādę obligationis. Arc. in l. si mandato. §. Paulus respondit. ff. manda. fo. 62. nu. 2.

Dies interpellat pro homine, etiam quādo est assignata dilatio miserationis causa. Areti. in l. si mora. ff. solu. matri. in nu. 3.

Dies termini in dubio cōputat̃ in termino: ita Ange. ff. de lib. & posth. in l. Gallus. & ibi Arc. fo. 48. in nu. 4. tu vide ad hoc l. j. ff. si quis cau.

Diffinitio rei est iuris, & est periculosa. ita Fran. Arc. in l. j. de reb. cred. nu. 7. vnde testis in causa mutui, seu in causa possessionis, interrogatus quid sit mutuū, vel quid sit possessio, nō tenetur respondere. ita dixit glo. in l. stipulatio ista. §. hæc quoq;. ff. de verbo. obliga. neque vitiatur eius dictū, si huiusmodi interrogationibus respondeat se nescire de qua materia. vide per eundē do. Franc. in d. l. j. per duas ferme col. copiose differentem.

Dictio, post, qñ refert̃ ad actū successiuū, qui nō habet naturaliter terminū præfixū ad sui perfectionē, significat actū cœptū, sed nō finitum. Arc. in l. ij. de re. cre. nu. 15. fo. 5. tu verò adde do. Iason. May. in l. ij. §. creditū. ver. in ea gl. ad finē. nu. 16. fo. 8. impressionis Mediolanensis: qui dicit, ꝙ ista verba, post nuptias, & similiter post guerrā, & post appellationē, possunt dupliciter intelligi: post nuptias. s. finitas. & facit ad saluanda dicta testiū, secundū Bar. & omnes indifferēter hic, vt hic per Bar. cano. & ibi Bal. in c. cū tu. de testi. vbi principalis tex. Alibi tñ Bal. in c. causā quæ. de rescri. in vlt. col. deludit istam saluationē Bar. & dicit eam miserorū esse refugiū, ob nimiā eādem cōtrarietatē testiū: & aliud nō allegat. adde ꝙ Inno. in c. inter corporalia. in xij. col. de transla. præla. dicit per gl. ibi, in verbo, sex menses. ꝙ si vnus testis dicit fuisse aliquid post quinq; menses, alius post sex, primus intelligit̃. s. cōpletos, alius. s. inchoatos. adde etiā Arc. in l. si cui legetur. in princ. in ij. no. per illū tex. ff. de lega. j. & vide quod decidit Angel. in cōsi. cclxxiiij. incipiēte, thema super quo consiliū petit̃, tale est. in pe. col. iuxta istam glo. quærit Bartol. de istis dictionibus, post, & ante, qñ proferuntur à testibus. & tradit trimēbrem distinctionē, à qua transeunt docto. præcipue Moder. & Rapha. Cu. in l. qui ante calendas. ff. de verb. obl. licet Alexā. dicat, ꝙ Fulg. tenuerit contrariū. tñ in lec. mea tenet cū Bar. & sic in ista doctrina vult Bar. ꝙ istę dictiones, ante vel post, adiectę tempori, semper intelligant̃ de tēpore finito, quomodocūq; adijciantur tēpori: sed si adijciantur termino nuptiarū, intelligit̃ de inchoatione: qñ autē istę dictiones adijciunt̃ termino instantaneo. s. mortis, vide eundē Iaso. in d. l. ij. in d. §. creditū. nu. 8. fo. 8. & etiā vide eum in l. si cui leget̃. §. hoc autē. nu. 9. fo. 91. qui dicit, ꝙ Bart. in l. fideicōmissa. §. etiā. ff. de fideicō. loquens de ista dictione, post. dicit eā principaliter inducere cōditionem, vt l. inter illā. ff. de ver. sig. Tñ secundū Salyc. Imo. & alios Mod. in d. §. hoc autē. istud nō dicit̃ in d. l. inter. imo tex. ibi cōtra Bar. appellat vtrāq; conditionē, siue sit dictio post, siue dictio, cū: sed bene dicit text. ꝙ dictio, post, requirit maiorem perfectionē. Itē ibi dicit̃, ꝙ dictio, cū, designat rem in potentia naturali: sed dictio, post, in actu. adde etiā his quæ dicit Iason, l. fructus. ff. so. matri. doc. quoq; in §. si. ff. de hære. insti. & doc. in l. illud. ff. de acqui. hære. adde præterea Arc. in l. si ita stipulatus. de verbo. obli. in v. col. ver. sed attenta. & in l. si ita quis. §. Scia cauit. eodē titu. in j. not. & in l. an duobus. in j. no. de duo. reis. & Ang. in consil. cclxxiiij. vbi ponit̃ de aliquibus testibus rogatis ante publicatum testamentū, & de aliquibus post. vide etiā de hac dictione per Arc. in l. si ita quis. ff. de verbo. obli. nume. 5. & vide eundem Arct. in l. in duobus. ff. de duo. reis. fo. 179. in nu. 1. vbi dicit, ꝙ dictio, post, pōt significare ita actū factū incōtinenti, sicut ex interuallo. & de dictione, ante, vide eundē in l. exemplo. C. si aduersus solu. fo. 57. nu. 1.

Difficultas superueniens ex facto creditoris, siue ex casu cōtingente in persona sua excusat debitorē à mora. Arc. in l. quod te. si cer. pe. nume. 15. fo. 9. cui adde ad hoc tex. in l. cū proponas. C. de nau. fœn. an autē difficultas excuset à periurio, vide gl. singu. xxij. q. ij. in verbo,

maio-

maioribus.& adde eundem Are.in l.continuus.§.illud.fo.169.nu.16.de verb.obl.& etiā adde d.Alex.in l.quod te.si cer.pet. & nunquid difficultas excuset à pœna,vide Bal.in l.acceptū.C.de vsu. & vide etiā Bar.in cōsil.ccxxxvj.quod incipit, Martinus.neq; non d. Alex.de Imo.in cōsi.xcij.vbi ponit an à pœna cōuentionali excuset difficultas.videas etiā Oldra.in cōsi.xcviij.vbi ponit an difficultas excuset ab excōmunicatione. & vide do. Pet.de Ancharano in cōsi.lxvj.inci.pro declaratione debitorū.vbi ponit de iuramento facto per Cardinales tempore quo Gregorius & Benedictus contendebant de papatu,dum iurauerant ire Sauonā,an propter difficultatem se excusare poterant.vbi re vera cōcludit ipsos teneri accedere, licet cū magno incōmodo,& difficultate:quoniā vbi quis in re.aliqua pclara maiori vtiř difficultate, tāto maiori laude est dign⁹.&c.

Dispositio facta de scriptura nō trahiř ad præsumptionē,quæ oritur ex scriptura,vt refert glo.& etiā Bar.in l.iuris gentium.§.ꝙ fere.ff.de pac.& Are.in l.certi condictio.si cer.pe.fo.12.nu.31.

Dictiones istæ numerales,sicut quina,dena,& similia,duplicatū numerum significant. Areti.in l.si à furioso.si cer.pe.fo.14.nu.9.& ibi dicit hoc esse verū,quādo respectu diuersarū personarū proferuntur: sed si absolutè,vel respectu eiusdem personæ,secus est,quāuis Bar. aliter senserit ibi,& male iudicio ipsius. Areti.in l.stipulatio ista.§. eum qui.de verb.obli.ff.& in l.si quis testamento.ff.de leg.j.& etiā de huiusmodi dictionibus differentem adeas eundem Are.in l.si ita stipula.ff.de verbo.obliga.

Dispositio l.fi.§.filijs autē.C.de bo.quæ lib.habet locum etiam in his rebus,quæ seruando seruari non possunt,& quæ vsu consumūtur. ita dicit Are.in l.si filiusfa.si cer.pe.fo.14.nu.3.

Dictio,perinde,fictionem significat:vt l.sacrilegij capite.§.j.& ibi per Bar.ff.ad l.Iul.pe.& vide Are.in l.singularia.si cer pe.fo.3.nu.6.& vide eundem in l.cum hæres.ff.de acqui.hęre.fo.156.in nu.3.& in l. cum filio.ff.de leg.j.fo.222.nu.6.

Dies apposita in cōtractu interpellat pro homine,& inducit morā extraiudicialē.Are.in l.vinū.si cer.pe.fo.18.nu.1.cū quo cōcordat tex. in l.traiectitię.§.de illo.ff.de actio.& obli.ad hoc vide eundē Are. in l.quemadmodū.in fine.ff.de acquir.possessione. & idē habeř in l.magnam.C.de contrahen.& commit.stipu.quod quidem verum est,etiā si est dies legalis & tacita.l.ij.C.de iure emp.c.potuit.de loca.& glo.in l.mora.ff.so.ma.& no.in l.quot in diem.& seq.de ver. ob.& in l.si ita essem absente.eo.ti.& Alex.in d.l.quot.& in l.vinum.si cer.pe.& in l.si ita stipulatus.de ver.ob.& Bar.in l.si stipulatus.ij.q.j.eo.ti.& aduerte, ꝙ debitor sine die,si cōuenitur nō monitus,nō soluet expensas si confitetur,quia non fuit in mora.l.si ex legati causa.ff.de ver.ob.secundū d.Abb.in c.licet Heli.extrà.de simonia.quē cæteri ferè oēs sequunř:& vide eundē in c.ij.de accusatio.& Bal.in l.non ignorat.C.de fruc.& lit.expen.& Ang.in l.ma numiss.C.de obsequijs.item Spe. in titu.de præparatorijs.§.j.versi. porro.& ad hoc facit bonus text.in l.fideicōmissi.ff.de vsuris.Hoc autē fallit secundū Ludo.Roma.in l.si ex legati causa.in quatuor casibus.Et primò in debitore fisci,vt notat glo.fin.in l.cū quidā.§.fiscus.in ver.referunt.ff.de vsuris.Secūdò in debitore ecclesiæ ex vltima voluntate.de hoc autem est gloss.sing.Insti.de actio.§.item mista.Bal.etiam in l.j.C.de sacrosan.ecclesi. Tertiò autem fallit in debitore minoris.l.minorum.C.in quibus casibus in integrum restitutio non est neces.Quarta nisi iurasset.c.breui. & ibi omnes docto.de iureiur.& hi sunt quatuor modi, in quibus fallit illa conclusio,quòd debitor sine die si conuenitur non monitus non soluet expensas,si confitetur:quia non fuit in mora.Adduntur vltra Roma.nonnulli alij,& ita quintum modum ponit Bald.in c.j.§.ad hæc.in ti.hic finitur lex.videlicet nisi quis promisisset se facturum & curaturum.sextus autem erit,nisi quis esset obligatus defendere. ita refert Specu.titu.de aduocato.§.j.ver. sed nunquid is qui iurauit.quod intellige,nisi dictū fuisset,cùm fuero interpellatus.ita do. Anto.d.c.breui.itē nisi probarē me ignorasse te offendi. Bal.in c.j. in ver.requisitus.de noua forma fidelitatis.Itē aduerte, ꝙ vbi dies est apposita,nō requiriř monitio.per c.potuit.de loca.& l.optimā. C.de contrahen.& cōmit.stipu.amplia autē,siue dies sit expressā ab homine,siue tacite subintellecta à iure:gloss.in l.si moram.ff.solu. matri.do.Anto.& Imo.in c.significante.de pigno.quibus adde do. Alexan.de Imo.in l.quoties in diem.de verb.oblig.& in l.vinum. si cer.pe.& in l.si ita stipulatus.de ver.obl.& per Fely.in c.pe.& gl. de offi.& po.iudi.deleg.& vide etiā per do.Soci.cōsi.cvij.inci.vt in qōne.ver.sit ergo cōclusum.in fi.in prima parte, char.clxxij.Prætera amplia etiā,si dictū sit abinde in antea,ad omnē tuā requisitionē.gl.in l.cū stipulatus sim à Proculo.ff.de ver.obl.singulariter secundū Bal.in l.fi.§.pręterea.in pe.col.C.de iure do.hoc autē duob⁹ modis limitař.& primò, nisi esset terminus nimiū breuis,attenta quātitate obligationis,& qualitate obligati.Bal.singulariter in l.si mihi & tibi.§.si quis seruos.ff.de leg.j.per illū tex.not.Ro.in d.l.si ex legati causa.in ij.col.secundò autem limitatur, nisi habēs soluere esset diuersi fori, secundū do.Abb.in d.c.licet Heli.moueř per gl.in l.itē illa.in ver.nō venit.ff.de cōsti.pecu.quę tñ gl.rectè aduertenti fallit in casibus,in quibus debitor teneř adire domum creditoris:quod est aliqñ.sed regulariter secus,de quibus vide per Imo.la te in l.cū filius.§.fi.ff.de ver.obl.His autē duabus limitationibus à do.Felino acceptis,tu adde & aliam: & sic erit tertia limitatio: qñ nullus est certus locus adiectus solutioni:per ea quę dicit Alexan. in cōsi.xlv.col.fi.in prin.in v.volu.item limita & quartò,quòd nō habet locū quo ad constituendū debitorem in peccato,dies nō interpellat.ita Inno.in c.cura.de iure patro.& dicit Alex.in consi.lj. col.j.in quinto lib.& ad secundā limitationē,quam ex Felino paulo antè apposui,adde Alex.in cōsi.lj.col.iij.ver.alia etiam ratione. in primo volu.Non possum autē non in mediū adducere nonnulla facientia ad illam quartā fallentiam,quā superius ex mente Ludouici Romani apposuimus,vbi dixit,videlicet cōclusionem illam, ꝙ debitor sine die si cōuenitur nō monitus,nō soluet expensas,si cōcitetur:quia nō fuit in mora fallere,nisi iurasset:ad hanc autē fallentiam vide quæ ponit Anto.Cor.in repe.rubricę, de iureiur.in tertio effectu iuramenti:& ibi dicit fuisse sing.verbū Spec.in ti.de aduo.ver.sed nūquid is qui iurauit.hanc quoq; limitationē veluti singularem ponit Fran.Cre.in singularibus suis,sing.cxxij.quod etiā hic apponere nō grauabor:quando maxime ad hanc conducit materiam.ait enim, Vbicunque est iuramentum,non est opus interpellatione:quia interpellat pro homine sicut dies:vt singulariter dixit do.Ant.in c.breui.de iureiur.qđ nota ad limitationē l.quod te.ff.si cer.pe.& l.si ex legati causa.ff.de verb.obl.vbi habetur,quòd ad cōstituendum debitorē in mora requiriř interpellatio saltē extraiudicialis.l.qui Romæ.§.cohæredes.ver.testamēto.in gl.notabili.ff.de ver.ob.tñ si sit iuramentū,nō est opus alia interpellatione,quod est dictū.Hæc autē satis in pręsentia dicta sint.aliquando enim copiosius fui in hac materia:& hoc,qm̄ in pręsentia aguntř in causa affinis mei Iulij Lauagnoli,nonnulla ad hanc materiam spectantia.

Difficultas excusat à mora in debitore quātitatis.ita not.gloss.in l.vinum.si cer.pe.posita super verbo,cum esset petitum.ibi:quia ibi rē soluere nō valebat,hic sic.& vide Areti.in d.l.vinum.fol.18.nu.4. prima manu.qui dicit hāc gl.sentire, ꝙ ista difficultas excuset vsq; ad litē cōte.sed nō post:quia fortius contrahiř mora per lit.cōtest. quemadmodum videri potest in multis exemplis positis in l.si insulam.ff.de verb.obli.

Dispositio exorbitans disponens circa essentiam, & validitatem obligationis principalis, non extenditur ad obligationem accessoriam. Areti.in l.si pecuniam.si cer.pe.fo.18.nu.2.

Dictio,quasi,est veritatis expressiua.Areti.in l.creditor.si certum pet. nu.4.fo.20.& vide etiā eundē Are.in l.qui liberis.de vulg.& pu. nec nō in l.j.de acquiren.pos.& in l.si id qđ.eo.ti.in §.qđ autē.fol. 49.nu.6.& in l.si quis non.de acqui.hære. & in l.cū antiqui. C.de inoffic.testa.& vide eundē in l.soluto matri.ff.de solu.ma.fo.7.nu.16. & etiā in l.si ante.ff.eo.fo.11.nu.3.& in l.rei iudicatę.ff.sol.ma.fol. 25.nu.8.si in iudicio.& in l.qui liberis.ff.de vulg.& pupil.fo.79.in nu.6.Hæc autē dictio,quasi,in statutis posita proprietatē denotat, nō improprietatē.ita dicit Bar.singulariter in l.si in rixa.in vlt.col. ff.de sica.& in l.si diuortio.§.si fundum.in j.op.& ibi Dyn.solu.matri.item vide etiam eundem Bart.in l.hoc colore.de inoffic.testa. Ioan.de Por.in l.in diuisione.solu.matr.vide etiam lxxxviij.distin. presbyter.& de decimis.c.parochianos.& ibi Archi.aliquando autem denotat proprietatem,& veritatē, vt patet in l.j.de transactio. item in l.Lucius Titius.in fi.de administra.tuto.in l.cū hac.de reb. credi.& dicit do.Bal.in l.in suis.de libe.& posthu. quòd ista dictio, quasi,& dictio,quemadmodum, est nota improprietatis & diminutionis.& vide ad hoc consi.Oldra.clv.incip.quia de forma.& Dy.in consi.xlj.vide etiam do.Pe.Phi.Cor.in consil.cxcviij.in litera g.& in consi.cxxxiij.in litera b.in iij.parte.& vide do. Abba.in c.gratū.de offi.deleg.qui dicit, ꝙ hoc verbū, quasi, de sui natura importat diminutionem:pro quo etiam vide gloss.in c.parochianos. de decimis.superius quoq; alleg.& tex.in l.in facto.ff.de cond.& demonst. & glo.in c.prout.de dolo & contu.vide etiā Bal.in l.si defunctus.C.de legi.hære.præterea ad hoc allegat gl.& ibi Angel.in l.j.ff.de transactio.& Abba.in c.nostrā.el ij.in vj.col.de iureiuran. & Abb.in c.cùm inter canonicos.in pe.colū.de elect. & domi.post Archi.in c.quia à te.l.distin. in j.colum. vbi dicit, ꝙ dictio, quasi, quandoq; capiř pro tanquā,& pro hoc adducit gl.in ver.quasi matrem.in c.ij.de priui.in vj.& gl.in c.quando.§.quod si super.vt lit. non cōtest.ponitur etiā,vt diximus,pro veritate.& ad huius rei euidentiam vide glo.in d.c.parochianos.importat etiā similitudinem, & veritatē,vt habetur Iob.ibi,Quasi impios percussit eos.Nonnūquam etiā excludit,vt si est adiuncta numero:excludit enim minimam partē numeri.c.cū dilecti.de elec.importat etiā nōnunquam veritatē actus gesti,sed addit eius restringibilitatem: pro quo vide tex.in c.cum inter canonicos.de electio.& ibi glo.in versi.quasi spirituale.Poteris etiā videre de hac dictione multa per do.Io.de Pra. in l.si vero ante. in prin.solu.ma.& etiā in l.si pater filio.de vulga.

& pup.& in l.centurio.eod.tit.

Dictio, tanquam, significat improprietatem. Arc. in l. pecuniam. si cer. peta. fo. 22. in nu. 5. cui adde Bar. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. & adde etiã Bal. in l. apud antiquos. C. de fur. & ser. cor. in ver. circa hoc dic, vbi dicit, ꝙ dictio, tanꝗ, notat improprietatẽ, & allegat l. si pater. §. q duas. de adopt. tu etiã addas Bart. in l. j. in fi. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdi. vide etiã qđ ponit Alex. de hac dictione in cõsi. xxix. iiij. parte. & vide eundẽ Fran. Arc. in l. ij. C. vbi in rem actio. & eundem do. Alex. de Imo. in cõsi. xcij. in iij. col. in ij. parte. & in cõsi. xx. in j. col. in iiij. parte. vide etiã Bal. in l. j. C. de hære. insti. in princ. vbi refert, ꝙ ista dictio, quandoꝗ significat diuersitatẽ, quandoꝗ etiã ponit̃ pro quia: & adde eundẽ in l. meminimus. de legi. hære. vbi ita dicit in tex. ibi, tanꝗ si consanguinei. Nota dictionem, tanquã, quæ significat fictionẽ. cui adde Bar. in l. si pater. §. fi. de adop. Car. in cle. j. in fi. extrà, de vsu. Panor. in c. ex parte. de spõ. vide etiã Pau. de Cast. consi. ccxij. est etiã hęc dictio veritatis expressiua, vt habetur in c. nimis. in prin. extrà de exces. præla. est etiã similitudinis, vt habetur in c. quoniã. vt lit. nõ conte. & vide quę habent̃ p do. Soci. cõsi. cvij. incip. prosequẽdo ordinẽ circa prin. iiij. col.

Dictio, etiam, est dictio implicatiua. Areti. in l. pecuniam. si cer. petat. fo. 22. nu. 2. & dicit Bald. in l. cum quidam. §. præterea. de iure dot. C. quòd dictio, etiam, est naturę implicãtis terminos oppositos: & vide etiã eundem Bal. in l. si ex falsis. C. de trãsac. vbi formaliter ita dicit, secundò quæro, dicitur hic etiã ciuiliter falso reuelato: quia dictio, etiam, includit quòd pluribꝰ modis possit de falso cognosci: & de hac dictione vide quid ponat Barto. in l. suus quoꝗ. de hære. insti. & in l. supra iter alienum. §. officium autem iudicis. ff. de aqua plu. ar. & Car. in cle. j. §. fi. de sup. negli. præla. Gemi. in c. cũ de beneficio. extrà, de præbẽ. lib. vj. & Pa. in c. cum gratia. extrà, de commo. præterea vide Aret. in l. gerit. in fi. de acqui. hære. & in l. si pacto. C. de pac. & in l. continuus. de verb. oblig.

Dictio, eo amplius, vel hoc amplius, importat repetitionem præcedentis dispositionis, tam in stipulationibus stricti iuris, ꝗ in vltimis voluntatibus: ita dicit Areti. in l. lecta. si cer. pe. fo. 22. nu. 4. & cum eo cõcordat Pau. de Ca. in cõsi. cvij. & dicit etiam idem Pau. de Ca. in l. legata inutiliter. ff. de leg. qđ ista dictio, hoc amplius, est repetitiua pręcedẽtis legati. itẽ idem in l. libertis omnibus. in prin. ff. de cõdi. & demonst. dicit, quòd ista dictio, hoc amplius, inducit repetitiones grauaminis appositi in præcedenti legato, non in sequenti.

Dictio, tunc, significat extremitatem temporis. Arc. in l. lecta. si cer. pe. fo. 22. nu. 13. & ibi vide de dictione, nunc, & quid etiam significent istæ dictiones cõglutinatæ simul, ex nunc prout ex tũc: vel ex tunc prout ex nunc, ibi vide per eũ, & vide etiã eundem in l. in substitutione. ff. de vulga. & pupil. fol. 97. nume. 1. & vel etiam in l. hæres quandoꝗ. ff. de acqui. hære. fo. 164. nu. 1.

Dispositio in liberatorio actu facta, nunquam trahitur ad obligatorium. Arc. in l. eius qui. si cer. pe. fo. 23. nu. 9.

Dictio, olim, quondam, & aliæ similes: quãuis vt in pluribus accipiantur in præterita significatione, possunt tamen etiam accipi in præsenti sensu. Areti. in l. eius qui. si cer. pet. folio 24. nu. 14. & de hoc verbo olim, quõdam, & similibus, vide per Specula. titu. de instru. edi. §. vltimo. ad fi. & do. Anto. in c. per inquisitionem. de elect. & Imo. in c. cum olim. de offic. delega. & scribentes omnes in c. cum contra. de pigno. & in c. ex parte. de foro competenti. & vide nõnulla quæ ponuntur per Bartolum, & cæteros scribentes, in l. j. §. hoc autem. ff. de oper. no. nuncia. vbi dicit, quòd saluatur instrumentũ, in quo dicitur Titius filius quondam Sempronij &c. etiam si Sempronius tunc viuat. & vide omnino text. singu. in c. præterea. el ij. & ibi not. de transla. præterea vide Alexand. in d. l. j. §. hoc autem. de operis no. nuncia. & dicunt grammatici, quòd hæc dictio, olim, aliquãdo tẽpus præteritũ significat, vt est apud Verg. Tumidis qđ fluctibus olim Tunditur. aliquando futurũ: idem Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat, Tyrias olim quę verteret arces. & Nonius Marcel. de hac dictione ita scribit, Olim trinã habet significationem, temporis preteriti. Virg. Buc. Meos olim si frustradicat amores. Olim, temporis futuri. Virg. Aen. lib. j. Hunc tu olim cœlo spolijs orientis onustum Accipies secura. Lucilius saty. lib. xix. Sic tu illos fructus quęras aduersa hyeme olim quis vti possis: hoc delectare domine. Turpilius Philopatro, Deinde cũm ad te redierit res olim post mortem patris. Afranius, Suspecta non amatorem olim defensorem per eum volet.

Dictio, postea, de sui natura significat interuallum, & actũ nõ factum incontinenti. Arc. in l. ait prætor. si cer. pe. nu. 16. fo. 26. & vide eundem in l. fructus. ff. solu. matri. fo. 12. nu. 7.

Dictio, alius, implicat de similibus, vel habentibus causam ad personã expressam, non autem de omnino extraneis. Arc. in l. ait prætor. la ij. de iureiuran. folio 27. nu. 6. & dicit idem Arc. in l. si fugitiui. C. de seruis fugi. ꝙ quando alternatiua ponitur inter genus, & speciem, & maxime per hanc dictionem implicatiuam, aliam, terminus generalis restringitur ad similia: & hoc idem, si dictio, alia, proferatur copulatiue: & vide eundem Aret. in l. cum ex filio. §. filio impuberi. de vulga, & pupilla. & de importantia istius dictionis vide quæ scribit do. Alex. de Imo. in consi. xxxiij. in ij. col. in j. parte. & dicit Cardi. in cle. ij. de reb. eccle. non alie. quod dictio, alius, repetit eandem qualitatem, sicut alter. & etiam hoc idem refert idem Car. in cle. ij. de cele. missa. & in c. sedes. de rescri. præterea vide do. Alexã. in consi. xj. in iiij. colum. in ij. parte. vbi ponit quid quando est coniunctum cum vniuersali, quicunque. dicit etiam Fely. in c. sedes. de rescriptis. quòd dictio, alius, ex suo proprio significatu implicat similia, pro quo est gloss. trita in l. si fugitiui. C. de ser. fugiti. fallit tamen, vbi ratio subiectæ materiæ aliud inducit: vt in exemplo gl. in d. c. sedes. prout dicũt Imo. & Abb. ibi. & aduerte, quod dixit Bal. in l. & si post tres. xj. col. ibi, sed quid si statutum dicit. ff. si quis cautio. quod stante statuto, quo maleficium committens debeat condemnari in mille, vel alia pœna, arbitrio potestatis non potest imponi alia pœna, quæ nõ sit æqualis primæ vel parum excedens. per tex. ad hoc not. secundũ eum, in l. j. ff. de rebus dubijs. similiter dicit idẽ Bal. in l. conuenticulã. C. de episcopis & clericis. ꝙ si statutũ dicit, quòd puniatur aliquis pœna pedis vel alia: illud alia intelligitur de simili, propter glossam in d. l. si fugitiui. vnde nõ intelligitur de pœna pecuniaria: quia non conuenit in genere, nec de amputatione capitis: quia lõgè remota est ab amputatione mẽbri. tamẽ pro hoc vide quæ scribit do. Soci. consilio ccc. incipiente, in causa interpellationis. versi. tertiò principaliter. circa prin. in ij. parte. quòd licet dictio, alia, de sui natura includat similia, tamen includit diuersa ab expressis: quia nullum simile est idem. Nonnulla etiam de hac dictione scitu non ingrata scribit do. Anto. Barba. in consil. vij. & in consi. xxiij. ij. lib. & Specu. in tit. de spon. in prin. ver. quid si ita. & Bal. in l. j. C. de his quæ à non domino. Differt autem alter, & alius: quia alter intelligitur de duobus, alius de pluribus: licet aliquando aliter capiantur per abusionem.

Dictio, scilicet, & similes, est limitatiua orationis indefinitæ. Arc. in l. iusiurandum. ff. de iureiur. fo. 31. nu. 10. & vide eundem in l. si solus. ff. de acquir. hęre. fo. 178. numero 3. & in l. si pluribus. ff. de lega. j. fo. 252. nu. 2.

Dispositio legis generalis circa crimen, non tollitur per specialẽ dispositionẽ alterius legis. Aret. in l. qui iurasse. ff. de iureiur. in §. si quis iurauerit. fo. 33. nu. 19.

Dictio, hæc, vel hoc, in dubio refertur ad proxime dicta. vide Areti. in l. qui iurasse. in §. item Pomponius ait. ff. de iureiuran. folio 33. numero 25.

Dispositio facta de prodigo extenditur ad personas similes. Areti. in l. tutor pupilli. ff. de iureiur. fo. 36. nu. 4.

Dictio, omnino, significat vniuersalem & præcisam negationẽ, quando coniungitur cum dictione negatiua. Arc. in l. creditore. ff. de iureiur. fo. 36.

Dictio, ita tamen, est limitatiua orationis præcedentis. ita Areti. in l. si pecuniam. ff. de condic. ob causam. folio 40. numero 6. adde etiam eundem Areti. de hac dictione loquentem in l. magisteriæ. C. de iurisdictione omnium iudicum. & in l. si pluribus. ff. de lega. j. fo. 252. numero 4.

Dictio, quoquo modo, est dictio vniuersalis, & idẽ significat qđ dictio, omnis: & nonnunꝗ ob geminationẽ significat plus. Arc. in l. si extraneus. ff. de condic. ob causam. fo. 40. nu. 1.

Dictio, potest, intelligitur ex potentia quę resultat ex iure, vel spe de præsenti. Arc. in l. qui se debere. ff. de condi. ob causam. fo. 41. nu. 7. tu vero adeas Alex. de Imo. qui tibi plenius de hac dictione satisfaciet in suo consi. xxxj. in iij. parte.

Dictio, etiam, est dictio implicatiua: fit autem implicatio de alio circa idem. Arc. l. si procuratori. ff. de condic. ob causam. fol. 41. nume. 6. & vide etiam eundem Areti. in l. si duo. §. si quis. ff. de iureiur. & vide eundem in l. gerit. ff. de acqui. hære. folio 188. nume. 6. & in l. si pacto quo. C. de pact. fol. 20. nume. 5. & vide quæ diximus superius de hac dictio. vbi allegauimus ipsum Areti. in l. pecuniam. ff. si cer. peta. vbi nonnullos alios doctores ad ipsum addidimus, quos prætermittimus, ne sæpius eadem inculcare videamur.

Dictio, perperam, importat proprie iuris errorem. ita dicit Areti. in l. si procurator. ff. de cõd. ob causam. fo. 41. nu. 14. Præterea de hoc verbo, perperã, vide Spec. in tit. de appel. §. x. ver. sciendum. qui dicit, quòd verbum, perperã, non ponitur in libello, quando appellatur à sententia episcopi.

Dictio, præter, ponitur inclusiue. Arc. in l. pignus. ff. de pigno. ac. folio 47. numero 2. tu vide de hac dictione Barto. in l. Seio. §. pe. ff. de annu. lega.

Dictio taxatiua impedit, ꝙ pactum adiectum in principali obligatione non videtur repetitum in accessoria. Arc. in l. solutum. §. si in sortẽ. ff. de pigno. actio. fo. 47. nu. 3.

Dictio, penitus, significat actum nullum ipso iure. Arc. in l. solutum. §. si in sortem. de pigno. actio. ff. fo. eo. nu. 6. & vide etiam eundẽ. Arc. in l. si colonus. de acqui. pos.

do ponitur declaratiue: vt habetur in tex.in lege ij.ff.de adopt. & in l.auxilium.§.j.ff.de mino. Ponitur item nonnunquam limitatiue:vt in l.j.in prin.& ibi Barto.ff.ad l.Aquil.in dubio autē quando præcedit dispositio generalis, & ponitur exemplum per dictionem,id est,ista dictio non significat restrictiue,sed exemplificatiue:vnde habet locum in omni alio casu dispositio, quem possunt complecti verba generalia præcedentia.hæc ille. Quandoque hæc dictio, id est,est signum continuatiuū.ff.de supel.lega.l.ij.de bonis auto.iudi.posi.l.j.in fi.& l.seq. Quandoque ponitur in vim præcepti.extra, de sen.excom.c.venerabilibus.§.penul.libr.vj.tu autem vide de materia istius dictionis Barto.qui plura ponit in l.prima.ff.ad l.Aquil.& quid importet l.final.C.de pœ.tu vide etiam de hac dictione eundem Areti.in l.si de co.ff.de acqui.pos.fol.63.in nu.8.

Dictio,quatenus,idem significat,quod dictio,quousq;.Are.in l.possideri.§.saltus.ff.de acquir.pos.fo.21.nu.61.& etiā significat, quia:vt habetur in l.certum.& l.proinde.ff.si cer.pet. Quomodo autē ponatur hæc dictio,quatenus,vide per Bar.l.j.in ix.col.in versi.quæro de aduerbijs.ff.de condi.& demonst.& per Bald.in l.antiquitas.in primo no.ff.de vsufru.

Dictio,tunc,quemadmodum apposita tempori significat extremitatē temporis:vt l.iiij.in prin.de condi.& demon.ita apposita casui significat hoc verbum duntaxat in illo casu.Areti.in l.si quis ante.ff.de acqui.possess.fo.27.nu.3.tu vide etiam de hac dictione per Bart.in l.in substitutione.ff.de vulg.& pupil.& in l.in illa.ff.de verb.oblig.& in l.tutoribus.ff.de testa.tute.& in lege,lecta.in ij.oppo.ff.si cer.pet.& vide ibi per do. Alex.de Imo.& do. Iaso.May.& alios scribentes.item per do.Abb.in c.pastoralis.de excep.

Dispositio quæ fit de primo successore immediato, non trahitur ad successorem mediatum in materia correctiua.Are.in l.Pomponius.§.cùm quis.ff.de acquiren.possess.fo.35.nu.6.& ibi vide quæ habentur per do.Iaso.May.

Dictio,scilicet,ponitur quādoque limitatiuè:vt in l.si seruus.ff.de acqui.possess.vbi tex.dicit,si seruus vel filiusfami.vendiderit, dabitur accessio eius,quod penes me fuit.s.volente me.&c. & vide ibi Are.fo.40.nume.1.Ponitur & quandoque simpliciter declaratiuè,vt in l.ius pluribus.de iusti.& iure.tu vide etiam de hac dictione Insti.de legi.agna.tute.§.item patruus.& vide in c.fina.de rescrip. Aliquando verò restringit præcedentia.ff.de auro & arg.leg.l.fin.& ibi no. Nonnunquam ponitur pro quia.ff.de in lit.iur.l.videamus.Aliquādo pro etiam,vt in ti.per quas personas nobis acquiritur.§.sed si habetur.in fi.Quandoque pro certè,vel pro tantum.Institu. qui.non est permis.fa.test.§.ex hoc.

Exhæredatio non reddit certa per expresſionẽ solius nominis. ita Are. in l. quid si nominatim. ff. de libe. & posthu. fo. 26. nu. 1.

Exhæredatio facta de filio impubere, cui testator mandet restitui hęre ditatẽ post pubertatem completã, dicitur fieri in dubio in fauorẽ fi lij: & ideo filius non poterit querelare testamentũ. Are. in l. filij e tiam. ff. de lib. & posth. fo. 41. nu. 2. & vide etiam ad hoc Cano. in c. Quintauallis. de iureiuran.

Executor deputatus ad distribuẽda bona, non põt tñ distribuere bona filio spurio testatoris. Aret. in l. si is qui. ff. de vul. & pu. fo. 77. nu. 6.

Exceptio prima, q̃ opponi debet cũ agitur de validitate actus, debet es se exceptio impugnans personam. Are. in l. si quæramus. ff. de test. fo. 201. numero 1. dicit etiam ibi, quòd exceptio proponi debet ordi nate, non præpostere.

Excommunicatus semel, seu semel bannitus, an iterum excõmunica ri vel bãniri possit: & in pluries excommunicato an sufficiat vna ab solutio pro omnibus. vide per Aret. in l. qui bis. ff. de verb. obli. fol. 49. nume. 2. tu vide etiã glo. in c. j. quod met. cauſ. lib. vj. ver. excom municationis. vide etiam text. & glo. in clem. grauis. de sentẽ. excõ. in fi. & vide etiã q̃d habetur iij. q. iiij. Engeltrudã. & ibi per Doct.

Excommunicatus nunquid possit facere testamentum. vide Are. in l. si quæramus. ff. de testa. fo. 201. in nu. 3.

Exceptio excommunicationis nõ admittitur contra iudicẽ pro irritan da sententia. Aret. in l. ad testium. ff. de testa. fo. 220. nu. 1.

Exemplũ non facit fidem, sicut originale. Areti. in l. procurator. C. de eden. fo. 12. nu. 1.

Exemplum transſumptum ab alio de originali, an probet. vide Areti. in l. si quis in aliquo. C. de eden. fo. 13. nu. 2. & 3.

Exceptio cedendarum competit cuilibet iusto possessori, quando de bitũ soluit vel restituit: nõ tamẽ competit extraneo soluenti. Aret. in l. neq; pactio. C. de transact. fo. 28. nu. 3.

Excipiens qñ excipit generaliter & cõfusè, iudex ex officio suo potest interrogare partẽ, vt declaret exceptionẽ propositam: & ecõtra idẽ potest facere in actore, qui obscure libellat: quia reus in exceptione actor est. Are. in l. age cũ. C. de transact. fo. 29. nu. 2.

Exceptio recipiens vel repellens procuratorẽ ob vitiũ psonę, dicit esse declinatoria. Are. in l. ita demum. C. de procu. fo. 47. nu. 1.

Exceptio declinatoria nõ videt excludi per aliũ actũ præcedẽtẽ litis cõ testationẽ. Are. in l. ita demum. C. de procura. fo. eo. nu. 2.

Exceptio declinatoria militiæ an possit opponi post litis contestatio nem. Are. in d. l. ita demum. C. de procura. fo. eo. nu. 4.

Expensę quæ fiunt à matre in rebus filij, in dubio videtur fieri animo repetendi. Are. in l. alimenta. C. de nego. gest. fo. 50. nu. 2.

Examinatio in quibus casibus possit committi notario. vide Are. in l. cũ & iudices. C. de iura. calum. fo. 61. nu. 3. & vide etiam Fely. in c. cũ causam. extrã. de testi.

Exceptio declinatoria ad processum, induci videtur per ista verba, Ta lis nõ audiatur. Are. in l. nulli. C. de iudicijs. fo. 46. in nu. 1.

Expensæ quæ victori reficiuntur, probantur per sacramentum. Areti. in l. properandum. C. de iudicijs. fo. eo. nu. 10.

F Ama regulariter non plene probat, vbi agitur de magno præiudicio. vide Are. in l. in illa. ff. de verbo. obliga. fol. 89. in nu. 6.

Fama probari potest per duos testes. vide Aretinum in l. is potest. ff. de acqui. hære. fo. 139. nu. 6.

Fama & communis opinio in dubio causat iustam causam credulita tis. Are. in l. cũ quidam. §. q̃d dicitur. ff. de acqui. hærę. fo. 152. nu. 5.

Famam ad probandum & communem opinionem, sufficit opinio ma ioris partis populi, vel viciniæ. Are. in l. ad testium. ff. de testa. folio 220. nume. 2.

Fama est præferẽda lucro. Are. in l. si quis aduocatorum. C. de postu lan. folio 40. numero 1. Inde dixit sapientissimus ille Salomon, Melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Vnde dicitur xij. q. j. c. nolo. ꝙ famam suam negligens, crudelis est. Adeò autem fa ma hæc bona est seruanda, vt si quis mala fama laboret, impeditur contrahere matrimonium: vt habetur de consanguini. & affi. ca. ij. vbi vide per omnes ibi scribentes de fama. Et dicit Egi. de regimi ne principum. c. ix. quòd fama est quædam clara notitia laudis. Dif finitur tamen à iurisconsultis. ff. de varijs & extraordina. cog. l. ege, cognitionum. hoc modo: Fama est illæsæ maiestatis status, vita & moribus approbatus, & in nullo diminutus: & qui talem famam negligit, vt diximus, crudelis est. vnde Apost. j. ad Cor. ix. Expedit mihi magis mori, ꝙ gloriam meam quis euacuet. j. q. j. sacerdos. De bet ergo homo laborare, vt assumat nomen honesti hominis. ff. ad Treb. l. facta. §. si dandæ. Inde veteres illi Romani & Gręci Heroës sæpenumero mortem ipsam vitę infami prætulerũt: quorum ęmu latores etiam hac nostra tempestate inuenti sunt nonnulli. Inter quos Franciscum Tomacellum, iuuenem nobilissimum, ac omni bus corporeis ornamentis maxime insignem, animi vero dotibus supra quàm dici possit ornatissimum, connumerandum censeo: quippe qui adeo semper honestatis ac bonę famæ studiosus fuit, vt pro ea tuenda multa gesserit, quę vix à pręstãtissimo quopiam Romano ciue geri potuissent: cuius rei testis vel ego in primis sum: qui etiam illud Senecę dictum sępissime vsurpare solet, Bona opi nio hominum tutior est pecunia. Bonum quod est, supprimitur: nequaq; extinguitur bona fama, in tenebris proprium splendorem tenet. Vtinam tales essent multi hac nostra ętate, qualis est Franci scus Tomacellus, sperarem enim seculum hoc nostrum nulla in re inuidere priscis illis Romanis principibus: quorum laudes adhuc florent. Hic enim cùm sit omnium formosissimus, est tamen adeo pudicis moribus insignis, vt vel ex facie maxima in eo modestia ac pudicitia dignoscatur. Consuetudine vero domestica ac sermo ne ita honestus, vt nunq̃ turpe verbum ex eius ore emanet: nec ta men est moribus asperis & duris pręditus, sed potius mores eius quadam benignitate & facilitate conditi sunt: adeo vt omnes ad se amandum facile alliciat. Neq; est inuenire quenquam, qui modo se mel eum fuerit allocutus, qui non eum obseruet, colat, atq; venere tur. Ego vero ita eum semper & colui, & obseruaui, vt Catonẽ, Ci ceronem, & Cęsarem illum Dictatorem colerem, si iterum ad supe ros remearent. habet enim ipse Catonis grauitatem ac sanctitatẽ, Ciceronis doctrinam ac eloquentiam, Cæsaris vero magnanimi tatem, ac ingenij facilitatem. Neq; est, quòd quis me amicitię cõdo nare quippiam suspicetur, quando vel apud exteras nationes eius nominis amplitudo celebretur. Quamobrem nunc vela contrahã, nauiculamq; meam ex pelago hoc ingenti in tranquilliorem fluui um impingam.

Fieri posse facile non dicitur id, quod habet fieri cũ tẽpore, & præpara mẽtis: sed solùm id, quod sine mora potest fieri. Aret. in l. q̃d meo. §. si dum. ff. de acqui. posses. fo. 44. nu. 19.

Factum filiæ in dotis actione, quę est etiam cõmunis patri, nõ nocet pa tri. Are. in l. soluto matrimonio. §. quod si. ff. soluto matri. folio 6. nume. 12.

Factum esse aliquid certo tempore dicitur, quod est factum parum an te illud tempus. Are. in l. diuortio. ff. solu. matrimonio. folio 12. nu nu. 2.

Factum diuersis diebus continuatum, dicitur vnum factum. Aret. in l. Cornelia. ff. de vulg. & pupilla. fo. 96. nu. 5.

Facultas vendendi pignus non transit ad singularem successorẽ, si ver ba sint concepta in personam. Aret. in l. si necessarias. §. de venden do. ff. de pigno. acti. fo. 47. nume. 6.

Facultas proponendi in consilio pertinet ad præsidẽ consilij: & si sunt plures, ad vnumquęq; insolidũ. Are. in l. & primo. ff. ad senatuscon. Velleia. fo. 50. nu. 3.

Facultas mera personæ cohærẽs non acquiritur, seu in alium transfer ri nõ potest. Are. in l. si seruus. ff. de verbo. oblig. fo. 176. nu. 2.

Facultas mera cadere potest in seruũ etiam ex dispositione iuris ciuilis. ita Aret. in l. quandiu. ff. de acqui. hære. fo. 126. nu. 3.

Facultas eligendi à lege concessa, in alternatiua, transit ad hęredẽ. Are. in l. cum hæreditate. ff. de acqui. hære. fo. 165.

Facultas capiendi aliquem propria autoritate, vel faciendi vindictam de offensa, an cedi vel per alium exerceri possit. vide Are. in l. Iulia nus. ff. de lega. j. fo. 237. nu. 2.

Feudum nunquid acceptari possit repudiata paterna hæreditate. vide Aret. in l. pro hærede. §. quid si tamen. ff. de acqui. hæredi. nume ro 8.

Feudũ transit ad hæredes sanguinis, etiã si nihil dicatur. Aret. in l. cum seruus. §. si quis alicui. ff. de lega. j. fo. 260. nu. 7.

Fictio tantum operatur, quantum veritas, qñ ex vtraq; idẽ resultat ef fectus. Are. in l. cum mandato. §. abesse. ff. manda. fo. 59. nu. 12. Itẽ ibi dicit, ꝙ duplex fictio concurrens circa idem, facit omnius ex cõ tractu.

Fictio duplex circa eandem rem non videtur posse cõcurrere. Are. in l. j. §. per procuratorem. ff. de acq. pos. fol. 13. nu. 86. tu vide etiam ad hoc Barto. in l. cùm post. §. generi. ff. de iu. do.

Fictiones

Hæres non potest allegare mendacium & turpitudinē defuncti. Aret. in l.rem alienam.ff.de pigno.acti.fo.50.nu.4.& vide pro hoc text. & ibi Doct.in l.si debitoribus.C. de seruo pi.dato & ma.

Hæreditas & legatum differunt, quoniam hæreditas continet commoda & incommoda, sed legatum de sui natura non continet nisi lucrum: posset nihilominus continere dominium, propter onus annexum. Areti.in l.si hæreditatem.ff.man.fo.60.nu.1.

Hæredi adeunti hæreditatem potest aliquis se obligare tanquam fideiussor. Aret.in d.l.si hæreditatem.fo.60.nu.2.

Hæreditas postquam est adita, desinit esse hæreditas, & incipit esse patrimonium ipsius hæredis. Areti.in l.j.§.veteres.ff. de acqui.posse. fo.10. nu.71.

Hæres alicuius ab intestato, qui alteri ex testamēto successerat, appellari potest hæres ex testamento primi. Aret.in l.possideri.§.ex pluribus.ff.acqui.poss. fo.16.nu.20.

Hæres tenetur de iure canonico exonerare animā defuncti.vide Aret. in l. Pomponius . §. cùm quis. ff. de acquirenda possessione. folio 36. nume.7. & vide quæ habentur in c. fin. de sepul. Dicit etiam idem Aretin.ibi,in nu.8.allegando Abb. quòd hæres est successor vitiorum & culpæ defuncti.

Hæres qui habet facultatem rei restituendæ totam, si non restituit, dolo facit, & tanquam doloso agens ex facto suo dolose condemnari potest. Areti.in l.stipulationum.§.Cato.ff.de verbo.obliga.fo.80. numero 28.

Hæreditas non potest pro parte adiri, & pro parte repudiari. Areti. in l.ex duobus.ff.de duo.reis.fo.192.nu.15.

Hæres non obligatur vltra vires hæreditarias. Areti.in l.rei iudicatæ. §.si iudicio.ff.solu.matri.fol.26.nu.9.pro quo vide tu gloss. in c.in literis.de rap.& Fed.de Senis consi.21. incip. cùm quidā hæres extraneus &c.

Hæreditas delata hæredi, ex hoc solo, nō dicitur pertinere ad eum, sed posse pertinere. Areti.in l.posthumus.ff.de liber.& posthu.fol.37. numero 1.

Hæredis nomen quando apponitur super re, quæ de sui natura potest transire ad filium non hæredem, tunc nō requiritur quòd filius sit hæres. Areti.in l.Gallus.§.quidam recte.ff.de lib.& posthu.fo.49. numero 8.

Hæreditates duæ cùm simul connexæ sunt, nō potest vna acceptari, & altera repudiari. Areti.in l.si pater.§. filio impuberi.ff. de vulga. & pup.fol.81.nu.5.& dicit etiam ibi,in nu.6.quòd cùm hæreditas est adita per hæredem, iam non dicuntur duæ hæreditates.

Hæres cùm instituitur post mortem legatarij, subducitur dies incertus de medio, & succedit institutus, ac si dies incerta non fuisset adiecta. Areti.in l.idem est.ff.de vulga.& pupil.fol.93.nu.1.

Hæres extraneus grauatus fideicom. vniuersali, sicut cogitur adire ad petitionem fideicom. ita & filius institutus. Areti. in l. qui plures liberos.ff.de vulg.& pupil.fo.105.nu.4.

Hæredis appellatione in dispositione testatoris continetur hæres hæredis.ita Areti.in l.paterfamilias.ff.de vul.& pup.fol.120.nu.3. & dicit etiam ibi in nu.4.quòd hæres hæredis est verè hæres, licet per personam mediatam.

Hæreditatis pars acceptari non potest, quin quæratur totum. Areti.in l.qui totam.ff.de acqui.hære.fo.125.nu.1.dicit etiam ibi, quòd qui vult consequens, videtur velle antecedens, sine quo cōsequens stare non potest.

Hæreditas transmittitur ex capite suitatis. Areti.in l. si quis filium.ff. de acquiren.hæredi. fo.132.nu.1.& ibi etiam vide eum in nu.2.qui dicit, quòd suus etiam ignorās transmittere potest hæreditatem ad succedentes ex capite suitatis.

Hæreditas nunquid repudietur per ista verba, Nō intendo agnoscere paternam hæreditatem.vide Areti.in l.ei qui se.ff.de acqui.hæred. fo.133.nu.2.vide etiam ibi in nu.3.vbi dicit, quòd validum est argumentum de contractibus ad vltimas voluntates.

Hæreditatis ad acquisitionem concurrere debet causa seu causæ cognitio hæreditatis delatæ vnà cum animo adeuntis.ita Areti. in l.si is ad quem.ff.de acqui.hære. fol.144.nu.1.

Hæreditarijs oneribus qui se scit obligari, si adeat hæreditatem, tacite consensisse videtur ita se obligare. Areti.in l.si duo.ff.de acqui.hæredi.fol.157.nu.2.

Hæreditas acquisita per seruum dotalem restituitur vxori.vide Aret. in l.aditio.ff.de acqui.hære.fo.161.nu.1.

Hæreditas quāuis adiri non posset à pupillo sine tutore præsente: iussus tamen adeundæ hæreditatis fieri posset per nuncium, vel per epistolam.ita Areti.in l.si per epistolam.ff.de acqui.hęredi.fo.162. nu.2.& vide etiam ibi nu.1.vbi habetur, quòd epistola dicitur esse illius, cuius est subscriptio.

Hæreditas non videtur in dubio adiri per implementum conditionis. Aret.in l. Antistius.ff. de acqui.hære. fo.169.nu.1.

Hæreditas vbicunque transmitti potest ex aliquo capite ad hæredem suum, tunc nunquam substitutus succedit. Areti.in l.quandiu.ff.de acqui.hære.fo.171.nu.1.habes etiā ibi nu.2.quòd ius adeundi quandoque appellatur actio.

Hæreditatem sine alterius iussu qui adire non potest, nō potest quoque alteri iubere adire. Areti.in l.filiusfa.ff.de acquiren.hæred. fol.192. numero 2.

Hæres hæredis an sit proprie hæres.vide Aret.in l.cum filio.ff.de leg. j.fo.238.in nu.7.& ibi vide quidem in nu.8.vbi dicit, quòd conditio impleri debet in forma specifica.

Hæres præstare debet operam in persequendo seruum fugitiuū. Are in l.cum seruus.ff.de lega.j.fo.258.nu.1.

ad Hæredem non transit officium personale. Aret.in l.curatoris.C.de neg.gest.fo.52.in nu.2.& ibi etiā quærit Aret.an hæredes teneantur pro delicto per defunctum commisso.

Histriones nō admittūtur ad accusandū, sunt enim infames.iiij.q. iij. diffinimus. Neque debēt histriones ad sacros ordines promoueri. distinct.xxiij. maximum. nec eucharistia in tali statu manentibus dari debet.de consecr. dist.ij.pro dilectione.

Hypotheca non valet, si non valet obligatio principalis. Aret.in l. de quæstione.C.de pact.fol.27.nu.4.

INcorporalia proprie possideri non possunt. Aret.in l.possideri.ff.de acquir.poss. fo.14.nu.1.

Incertus de statu suo, constitutus in extremo mortis articulo, potest relinquere & testari ad pias causas. Are.in l. qui in domini.ff.de testa.fo.211.nu.3.

Incontinenti fieri dicitur, quod fit, dum actus est in fieri, non in facto esse. Areti.in l.in bonæ fidei.C. de pact. fo.19. nu.1.

Iactantia omnis, omnisque cultus & ornatura corporalis, aliena sit à sacris ordinibus.xxij.q.iiij.c.omnis iactantia.

Identitas rationis inducit extensionem ad casum non expressum.vide Areti.in l.à Titio ita stipulatus.ff.de verb.obli.fo.118.nu.2.An autem ex identitate rationis insurgat correctio l. vide quæ habentur per Iurisconsultorum principem d.Bart.in authen. quas actiones. C. de sacrosanct.eccle.

Idoneus quot modis quis dicatur.vide Areti.in l. si quis stipulatus sit Stichum.§.si quis ita stipulatus fuerit.ff. de verbo.obliga. fol.122. numero 6.

Ieiunium est abstinentia à carnibus, & ab omnibus quæ habent originē & semen à carne: secūdùm Gof.& sic apparet, quod debemus abstinere ab ouis, & lacte: & idem videtur velle Inno. super rub. de obser.ieiu. Et nota, quòd præceptū de ieiunio est præceptū affirmatiuum, & ideo non ad semper obligat, sed ad quædam tempora ab ecclesia determinata. Zacha.octauo: Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniū decimi, erit domui Iudæ in gaudium, & in lætitiā, & in solennitates præclaras. Hæc autē diuisio temporis ieiunij ideo fit, quia intentio Dei & ecclesiæ est, nō vt ieiunio extinguatur natura, siue calor naturalis, sine quo non est vita, sed vt dometur pestis libidinis: & ideo præcipit abstineri à facientibus libidinem, sicut à carne, & his quæ vicina sunt carni, quæ sunt oua: quia conuertibilia sunt in carnem, & ab his quæ eliquata sunt ex sanguine bene digesto animaliū, sicut est lac, & lacticinia: & permittit nutriri his, quę sunt remotiora à carne: sicut seminibus, & his quæ fiunt ex semine. Et licet concedat vinum, quod calidum est, tamen hoc est magis cibus, quàm potus: & ideò cùm miscetur frigidis, quibus tempore ieiunij reficiūtur, temperatus est calor, & in hoc condescenditur homini, ne nimis infrigidetur. Pisces autem, qui conceduntur, sunt frigidi, & viscosi, & non libidinē accendentes. Daniel. decimo: Trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro & vinū non introierunt in os meū. Licet autem species concedantur, hoc fit ad dissolutionem viscositatis, & subtiliationis ciborum: quia aliter morbos graues, ex melancholico sanguine generarent: & ideo etiam tales species magis sunt medicina, quàm cibus. Tempus autem ieiunandi duplici consideratione determinat ecclesia. Generalis scilicet quadragesimæ, in qua est anni decima, accipiens formam à Christo, & Moyse, & Helia: & ponit hoc tempus in principio veris, quando humores humore hyemis multiplicati, & frigore hyemis repressi, calore veris fluere incipiunt in humore iuuari: tunc enim humores libidinē magis nati sunt facere, & morbos, & tunc congruit & naturæ & gratiæ corpora delicari per longum ieiunium, & maceratiuum. Et alia consideratio est generalis ecclesiæ secundùm quartas anni, quia tunc secundùm quartas anni etiam mouentur humores, & moti inducunt libidinem: & quia tunc particulariter mouentur per parua ieiunia, obuiat ęcclesia ieiunijs quatuor temporum. Vide Leui. xvj. dicitur, De talibus ieiunijs affligetis animas vestras. & Leui. vigesimotertio, Omnis anima quæ afflicta nō fuerit, peribit de populis suis. Hoc igitur dictum sit de temporibus ieiuniorum: alia enim ieiunia diuersis de causis particularibus fiunt, & à diuersis diuersimode obseruantur. Debet autem ieiunium nobis esse voluntarium. sicut dicit Psal. xxiiij. Humiliabam in ieiunio animam meam. j. Esdræ. viij. Ieiunauimus, & rogauimus Deum, &

euenit nobis prospere. Hester iiij. Ego ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem. Et hæc de ieiunio ex Alberto Magno satis sunt.

Indebitum vtroque iure, vel indebitum de iure naturali, sed ciuiliter debitum potest repeti, quacunque ignorantia saluatur. Aretin. in l. non videndum. ff. de condic. inde. fo. 45. nu. 1.

Indebitum per errorem iuris solutum repeti potest à soluente. Are. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. fo. 60. nu. 5. & vide in l. interdum. ff. de condic. inde.

Indefinita æquipollet vniuersali. Areti. in l. nominatim. ff. de libe. & posthu. fo. 26. nu. 1. & vide eundem in l. si is qui bonis. ff. de acquir. hære. fo. 191. nu. 3. & in l. si cui. ff. de leg. j. fo. 275. nu. 2. An autem in materia odiosa indefinita æquipolleat vniuersali, vide ibi per eundem in nu. 3.

Indefinita nedum æquipollet vniuersali, sed est eiusdem effectus: ita Aret. in l. commodissime. ff. de libe. & posthu. fo. 33. nu. 1.

Induciæ quæ duplicantur, quando quis petit ante tempus, nunquid duplicentur, quando in contractu est dilatio legis & hominis. Aret. in l. pecuniam. si cert. pet. fo. 22. nu. 6.

Inferior à principe potest bannito securitatem ad tempus concedere ex causa legitima: aliàs non. & concedendo eam requiritur cognitio causæ. vide per Aret. in l. possideri. §. si seruus. ff. de acquiren. posse. fo. 20. nu. 51. & 52.

Infans ex capite suitatis transmittit hæreditatē ad hæredes suos. Are. in l. Lucius. ff. de vulga. & pupil. fo. 118. nu. 2.

Infamis infamia iuris, nunquid valeat testari. vide Are. in l. is cui. lege, bonis interdictum. §. si quis ob carmen famosum. ff. de testam. fol. 212. numero 3.

Infamia facti nunquid semper repellat à testimonio. Aret. in l. cūctos populos. C. de summa trin. & fid. catho. fo. 3. num. 9. Dicit etiam ibi in nu. 10. quòd hæretici dicuntur ipso iure infames: & quæ sit eorū pœna, vide ibi in nu. 2.

Infamis vt quis efficiatur in criminalibus, sufficit quòd iudex pronunciet delictum esse commissum. Are. in l. decuriones. C. ex quib. cau. infa. irro. fo. 44. nu. 2.

Infamis infamia facti dicitur turpis persona. Aret. in l. ex tribus. C. de inoffi. testa. fol. 73. nu. 2.

Ignorans conditionem & qualitatem familiæ suæ, maxime de qualitatibus, quæ communiter solent esse occultæ, non imputatur sibi, nedum in latam culpam, sed nec in leuem: imputatur tamen in leuissimam. Aret. in l. si seruus. ff. de pigno. act. fo. 49. nu. 1.

Ignorantia in facto proprio non præsumitur. Aret. in l. si fideiussores. ff. ad senatuscon. Velleia. fo. 50. nu. 3. Sed heu, quot sunt, qui in facto proprio sunt ignorantes, qui videlicet ignorant iter salutis: & etiam multi sunt, licet qui id sciant, tamen nullam adhibent curam animæ: sed solùm voluptatibus vacant, & vitijs, quibus vel etiam lactentes pueri maxime abundant, eaque vnà cum lacte imbibunt. Verùm inuitus facio, vt in hoc descendam: sed tamen quis est, qui tantam vitiorum illuuiē æquo animo tolerare possit, nisi sit & ipse inquinatissimus. adeo enim omnia vitia hac tēpestate nostra vbique grassantur, vt vnus aut alter vix inueniri queat, qui non sit inquinatissimus? video etenim adeo mulierem omnium, & proh Deûm atque hominum fidem (vt inquit ille) etiam puerorum prostitutam pudicitiam, vt publice omnium prorsus abiecto pudore se exosculentur, & etiam turpiora peragant. Sed me ab hac tam turpi vitiorum insectatione comprimam: quando si omnia persequi vellem, volumina multa conscribere mihi opus esset: desistam igitur ab horum reprehensione, si prius diui Augustini aurea quædam verba hic apposuero: ait autem ipse in xij. de ciuitate Dei: Luxuria nō est vitium corporum pulchrorum vel suauium, sed animæ peruersè amantis corporeas voluptates, neglecta temperātia, qua aptamur spiritualibus.

Ignorans æquiparatur inuito & contradicenti in his, quæ tendunt ad sui præiudiciū. Are. in l. fundi. ff. de acqui. possessio. fo. 56. nume. 3.

Ignorans in dubio non videtur renunciare iuri, quod se habere ignorat. Aret. in l. necis. §. hæres. ff. de acqui. hære. fo. 136. nu. 4.

Ignorans fundamentum suæ potestatis, facit actum inutiliter. Aretin. in l. sed & si de sua. ff. de acqui. hæred. fo. 155. nu. 1.

Ignorantia impedit cursum præscriptionis. Aret. in l. licet. C. de iure deliberan. fo. 115. nu. 2.

Ignorantia affectata non excusat. vide tex. in c. eos. in verbo, affectata. de tempo. or. lib. vj. clemen. j. de iudi. facit tex. in l. ij. §. fin. ff. si quis cautio. facit cle. j. de pœnis. & c. in nostra. de sepul. & c. pastoralis. §. fi. de offi. dele.

Ignorantia crassa & supina æquiparatur scientiæ, & non excusat: vt in c. vt animarum. de consti. lib. vj. vbi hoc notatur. Mulieres & rustici non debent ignorare ius naturale: vide glo. in c. cum illorum. in verbo, iuris peritiam. de sen. excom.

Ignorantia in facto proprio non admittitur: vt in c. ab excommunicato. de rescript. nisi sit de facto lōginquo, vel intricato: quia per cursum longissimi temporis inducitur obliuio. facit glo. in c. tertio loco. de proba.

Ignorantia facti, vel ignorantia iuris quando excuset: vide glo. magistram. j. q. iiij. c. turbatur nauicula Petri. in verbo, ignorantia. quæ distinguit, ponendo de ignorantia facti proprij, & de ignorantia facti alieni, & de ignorantia iuris naturalis, & de ignorantia iuris canonici, vel ciuilis. Et quando agitur de lucro captando, non excusat, vel de damno euitando, specificando quòd milites, rustici, mulieres, & minores, excusantur ab ignorantia iuris. Et quærit respondendo, quæ sit differentia inter has quatuor personas, & alios, quo ad ignorantiam iuris, quādo agitur de lucro. Et in fine ponit, quòd ignorantia iuris ciuilis, vel canonici, omnibus nocet, quando agitur de damno vitando in præscript. temporalibus, quę præscriptio introducta est ad rigorem iuris conseruandum: & idem dicit esse in constitutione, si quis in tantam.

Ignorantia iusta quæ dicatur, per quam quis euitet pœnam legis, vel statuti: habetur super glo. in verbo, ignorantes. in c. vt animarum. de consti. lib. vj. quæ opponit cōtra illum tex. & soluit, quòd ibi intelligitur & reprobatur illa opi. Bart. in l. j. C. de sacrosanc. eccle. & communiter alij Legistæ tenent gloss. in d. c. à nobis allegato. Et hoc in delictis, quæ sunt communiter delicta & prohibita. Si autem esset aliquod prohibitum per statutum, prohibitio tamen nō esset communiter in alijs locis, tunc excusatur ignorans: & hoc casu procedit d. c. vt animarum. D. Pet. de Ancha. intelligit, quòd d. c. vt animarum. procedat in sententijs censuræ: sed alia opinio procedat in alijs sententijs: & huic parti adhæret Io. de Imol. Anto. de But. tenet dictum Ioan. An. s. in glo. iij. vbi intelligit idem in alijs pœnis, dicens, quòd quando quis delinquit in plus, quàm habeat animum delinquendi, non punitur, nisi quatenus animum habet, & ad mensuram intentus est. allegat dictum Barto. in l. diuus. ff. de sica. facit c. si verò. de sen. excom. Nec obstat, quòd dans operam rei illicitæ tenetur etiam de casu fortuito secuto: iuxta notata in c. sicut dignum. de homi. & in c. fi. de homi. lib. vj. Quia dicit Anto. de Bu. quòd ibi loquitur, quando delictum punitur ex culpa: secus si ex solo dolo tantùm, vel culpa latissima. Si ergo posset imputari, cur non habuit notitiam statuti, bene puniretur: procedit ergo iste tex. etiam in alijs pœnis. quod sequitur do. Domi. & dicit satis apparere ex princi. huius literæ, vbi simpliciter facit mentionem de sententijs, & in fine replicat de senten. excom. & ad rationem tex. dum dicit, vt animarum &c. respondet, vt in glo. iij. Item statuta imponunt pœnam propter delictum: delictum autem non est in ignorante: vt in c. cognoscentes. de consti. secundùm do. Domi. Et quia aliæ opiniones textum d. c. vt animarum. restringunt: & ista opinio est mitior, & benignior, quæ in pœnis sequenda est: vt in regula, in pœnis. lib. vj. & l. si de interpretatione. & l. præses. ff. de pœnis. licet in contrarium fortiter faciat l. vulgaris. §. si quis æs. ff. de furtis. vbi si quis intendebat furari æs, & furetur aurū, punitur secundùm quod in veritate furatur, non secundùm quod habet in opinione. facit pro & contra l. cum qui. §. penul. & fi. ff. de iniurijs. & quod nota. Bar. in d. l. diuus. vbi Bar. expresse dicit, quòd iura loquentia quòd inspiciatur animus, loquuntur in sentētia excommunicationis. Sed contra tex. & contra prædicta oppo. quòd etiam ignorantes ligentur excommunicationis sententia: de hoc not. in c. apostolicæ. de cle. ex. mi. Sol. ibi loquitur, quando sententia fertur per iudicem specialiter contra certam personam, quo casu etiam ignorans obligatur. hic verò in sententia generaliter lata per statutum contra personas incertas. Idem si esset sententia hominis generalis, quia ignorantes non ligarentur, per notata in d. c. à nobis. de senten. excom. secundùm Io. An. & Modernos.

Ignorantia alia iuris, alia facti. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis. verbi gratia: si credat filius licere pulsare patrem, non alere, non redimere: & sic potest exhæredari. vt C. de episc. & cle. auth. si captiui. & in corpo. authē. vt cū de ap. cognoscitur. §. causas. Item si putauit quis furtum libere facere posse, quod naturali iure prohibetur admitti: vt Institu. de oblig. quę ex delic. nas. Item si mulier commisit adulterium, quod iure naturali prohibetur: vt ff. de adult. l. si adulterium. §. nunquam. & hoc casu non se excusat per ignorantiam iuris. Alia autē ignorantia dicitur quasi iuris naturalis: verbi gratia, si patronus vocetur in ius à liberto suo sine venia: vt C. de in ius voc. l. ij. cui patrono debetur naturalis honor, cuius pœna est triginta aureorum. Item si excusetur nauis contra principem, cui naturaliter reuerentiam debemus, quia publi. nauis. vt C. de sa. san. eccle. l. iubemus nullā. Item si mater nō petat tutorē filijs suis, prætextu iuris ignorātiæ, quia exhæredatur: vt C. qui pe. cu. l. fi. §. exhæredari. Itē in creditore mutuante filiofa. qui non potest repetere, quia errauit in quasi iure naturali, cùm debuisset de facili credere patrem à filio, propter hoc mutuum, posse occidi: vt C. ad Mace. l. j. Item in ea muliere, quæ nubit infra tempora luctus: quia est infamis. C. ad Tert. l. si qua. & notatur in l. rem. ff. de iuris & facti ignorantia. Alia etiā est ignorantia iuris ciuilis. verbi gratia, de eo qui ignorat sibi possessionem iure proximitatis posse deferri infra centum dies. ff. co. l. j.

l.j. & tunc distingue, si habuit copiam iuris periti, nocet ignorãtia iuris, aliàs non. ff. eo. l. regulam. §. iure. & hoc extra iudicium. Si autem in iudicio erraretur per ignorantiam iuris, non excusatur: vt ff. de confes. l. non fatetur. fallit hoc: quia ignorantia iuris non nocet mulieribus, & militibus, & minoribus. ff. eo. l. rem. in prin. Differẽtia autem inter ignorantiam iuris & facti est, quia ius est finitum, factum prudẽtissimos fallit: vt ff. eo. l. in omni.

Ignorãtia facti alia probabilis, alia improbabilis. Probabilis, vt in facto alieno: quia de eo qui æstimabatur falso defunctus, cui successit, rẽ emisset: quia hæc ignorãtia facti probabilis est, & ꝓpterea vsucapionem illã, licet falso, æstimabam. ff. pro suo. l. si. Sed distingue: si ignorantia facti interueniat extra iudiciũ, nõ nocet: vt si cõfiteatur aliqd esse maternũ, quod erat paternũ, nõ nocet. C. eo. l. cũ falsa. Sed si hoc cõfiteatur in iudicio, nocet. l. certũ. ff. de cõfes. & no. quòd ignorãtia facti probabilis in facto alieno. vt si quis ignoret, qđ oẽs intelligũt. & hoc casu dicitur ignorãtia supina. vt ff. eo. tit. l. rẽ. §. sed facti. Improbabilis aũt est, vt in facto suo: puta de eo, qui ignorabat matrẽ mandasse sibi, vt pro filio fideiuberet absente, cùm ipse fuisset pñs: & propterea nõ põt factũ proprij erroris defendere: vt ff. ad Velle. l. quãquam. Item improbabilis ignorantia est, si quis ignoret qualitatem rerum suarum: vt C. de rei ven. l. si quis.

Ingratitudo est vẽtus vrẽs: sic cãs fontẽ misericordiæ, rorẽ pietatis, & fluenta gratiæ, vt inquit diuus Bernardus, sermone ij. & vide quod dicit Augu. in expositione psalmi cviij. & habetur xxiij. q. iij. c. sex differẽtiæ sunt. Prouenit aũt hoc peccatũ ex superbia: sunt ẽm, qui credũt sibi debita seruitia, quę sibi fiũt: cuiusmodi sunt fere oẽs Veneti. Inde est, quod dixit idẽ Ber. est quædã præsumptio in delictũ maximũ, vt in datis quasi innatis alijs immergat, & in acceptis beneficijs gratiã beneficij vsurpare. Vide etiã ad hoc Ioan. And. post Host. in c. fi. de dona. j. col. & secundùm Host. ingratus est, qui dissimulat, ingratissim⁹ qui omniũ obliuiscitur beneficiorũ. & ibi no. Abb. Quàm aũt graue sit ingratitudinis vitiũ, ex Xenophõtis Pędia aperte dignosci põt. quippe qui apud Persas asserat, maxime improbũ haberi eũ, qui ingratus accepti beneficij inueniatur. Ipsius autem Xenophõtis verba sunt hęc: Et de illo crimine iudiciũ faciũt, quod est in causa, vt se homines odio mutuo insectentur quàm maxime: nam vehementer causam agunt ingratitudinis, & quem cognorint posse referre gratiã, nec refert, in hũc seuerissime animaduertunt: quippe qui arbitrãtur eos qui sunt ingrati, & deos maiorẽ in modum negligere, & parentes, & patriam, & amicos. Ingratitudinem vero potissimũ impudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. Hoc autem vitio laborant multi, & ego, Venetijs præsertim, ingratos multos expertus sum. Existimãt enim Veneti ipsi (vt paulo antè dixi) sibi debita beneficia, quæ in eos conferuntur. Gratissimum vero genus hominum semper inueni Germanos. Quare dicant Itali quicquid velint, ego tamen hoc affirmare non verebor, ingratitudinis vitium maxime inter Italos nostrates vigere, & præsertim inter eos, qui se nobiles appellari volunt, cùm tamen nulla insit eis nobilitas. Vera enim in eo nobilitas est, in quo plurimæ elucent virtutes. qui verò ingratus est, nullam potest præseferre virtutem, cùm maxima sit virtus grati animi propensio. Sed de hoc aliàs.

Inhabilitas superueniens testatori sine suo delicto, & facto, non irritat testamentum. Areti. in l. surdus & mutus. ff. de testa. fol. 203. nu. 1.

Inopia hominũ facit, vt quis testari possit cum minori numero testiũ. Aret. in l. vt ab antiquis. C. de testa. fo. 103. nu. 2.

Iniuriarum actio competit etiam pro furto facto de re, vel violentia cõmissa in re. Casus est in l. vulgaris. §. qui furti. ff. de fur. & vide Are. in l. iuste. ff. de acqui posses. fo. 29. nu. 5.

Iniuriam committere dicitur is, qui obijcit alicui, quòd est bastardus; ita Aret. in l. & si pepercerit. ff. de libe. & posthu. fo. 27. nu. 3. Vtrũ autem puniatur, si probat hoc esse verum, vide per Bald. in l. eum qui nocentem. ff. de iniur.

Iniuriarum actio an danda sit pro minima re. vide per Ab. Si. in c. cum t. de sententia & re iudi.

Iniuria illata calore iracundiæ, an inferat iniuriã. vide plene per Doct. in c. cum t. de senten. & re iudi. & ibi glo. & glo. in c. ex literis. de diuor. facit ij. q. iij. si quis iratus. vide Cy. distinguentẽ in l. si nõ conuitij. C. de iniurijs. videlicet an iniuria reuocabilis sit, & puniri non potest. Si vero est irreuocabilis, tunc puniri debet.

Iniuria cũ iniuria, an cõpensari possit: dic ꝙ nõ. Abb. Si. in c. cũ t. de sen. & re iudi. sed ambæ iniuriæ puniri debent. Spe. in titu. de accu. §. j. ver. quid si. limita nisi vna pars prouocauerit aliam: quia tunc pars prouocata puniri non debet. Bart. in l. qui omnia. ff. de procu.
... uria quæ est illata alicui, an puniẽda sit, si est vera. Dic ꝙ aut cõuitiũ illud processit ex culpa illius, cui illatum est: & tunc nõ est puniendus inferens: vt furtum, adulterium &c. aut conuitium non processit ex culpa illius, cui est illatum: & tũc nõ est puniẽdus inferens: vt quia dixisti alicui, ꝙ erat spurius, vel claudus, vel quid simile. vide plenius per Abb. Si. in c. cũ t. de senten. & re iudi. per Bal. Cyn. &

Legistas in l. si non conuitij. ff. de iniurijs. per Barto. in l. qui nocentem. ff. de iniurijs.

Iuramentum nunquam defertur in defectum probationis, vbi agitur de conuincendo dolum. ita Aret. in l. j. de reb. cre. nu. 19. fo. 3.

Iuramentũ præstitũ parte deferente, seruandũ est, in præiudiciũ iurãtis, non aũt tertij. Are. in l. ait prætor. ff. de iureiu. fo. 26. in nu. 1.

Iuramentum in causa deferri potest, quãdo de crimine ciuiliter agitur. Aret. in l. ait prætor. de iureiu. fo. 26. nu. 6.

Iuramentum præstitũ mulieri, ꝙ ipsa ex marito suo sit grauida, excusat eam à præsumpta calumnia. Areti. in d. l. ait prætor. nu. 7. fo. 26.

Iuramentũ qualiter deferat in criminalibus, & qualiter in causa matrimoniali, & monachationis. Aret. in d. l. ait prætor. nu. 6. fo. 26.

Iurans aliter quàm deferatur, dicitur nulliter iurare. Are. in d. l. ait prætor. nu. 10. fo. 26.

Iuramentum per religionem non publice reprobatam valet. Are. vbi s. in nu. 11.

Iuramentum habet virtutem plenæ probationis. Aret. vbi s. in nu. 12.

Iuramentum per religionem reprobatam, & publice damnatam, non valet. Are. in d. l. ait prætor. nu. 13. fo. 26.

Iuramenti delatio hanc habet conditionem, vt iuretur incontinenti. Aret. fol. 28. nu. 15.

Iuramentũ vbi apparet præstitũ, pręsumitur oĩa acta solẽniter. i. delatio pręcessisse. Are. in l. ait prætor. la ij. de iureiurã. nu. 7. fo. 27. Bar. tamen in d. l. ait prætor. contrariũ tenet, dicens, ꝙ probari debet delationem præcessisse, & quòd fuit incontinenti iuratum.

Iuramentum habet vim contestationis litis, nõ tamen est proprie litis contestatio. Are. in l. ait prætor. la ij. ff. de iureiuran. nu. 11. fo. 27.

Iuramentum non porrigit vires suas ad alias personas. Areti. in d. l. ait prętor. nu. 24. fo. 28. cui adde quæ ponit Senensis ille Soci. in consi. xxv. incip. circa primam q. in quo consilio ponit, quòd iuramẽtum est quid personalissimum.

Iurare quępiã nõ esse dominũ, nullã parat actionem iuranti: quemadmodũ nec sentẽtia absolutoria. Are. ibi in §. si petitor. nu. 25. fo. 28.

Iuramentũ accipitur pro veritate. Are. in l. ait pretor. la ij. §. rẽ si iurauero. ff. de iureiur. nu. 28. fo. 29. Quoniã aũt iuramenti materia est maxime vtilis, & scitu nõ indigna, quęq; quotidie practicat, libet mihi nõnulla hic apponere, quę vt spero nõ omnino ingrata erunt. ex intimis enim theologorũ penetralibus ea excerpsi. Primò igitur iuramentũ ipsum ex mente S. Bonauenturæ in iij. sentẽ. dist. xxxix. diffiniã. Nam, vt inquit Cicero ille, oratorũ omniũ præstantissimus, oĩs de quacũq; re suscipitur disputatio, à definitiõe proficisci debet, vt sciatur qđ sit id, de quo disputat. qđ etiã pręcipit Peripateticorũ princeps Aristoteles. Est igit iuramẽtũ, & iurari, nil aliud, quàm ipsum Deũ testẽ inuocare. Vnde Aug. in quodã sermone, de periurio: Quid est, per Deũ, nisi, testis est mihi Deus? Visa igitur iuramenti definitione, videnda est ipsius diuisio, quotque iuramenti species ponãtur à Theologis. Et inuenio Alex. de Ales in iij. sen. in tractatu secundi præcepti decalogi, qui ponit duo iuramenti genera, assertorium scilicet, & promissorium. Assertoriũ est, quãdo iuratur aliqd de pręsenti sic esse, vel nõ esse: fuisse, vel minime fuisse. Promissoriũ vero iuramẽtũ est, cùm quis iurat se quippiã daturum vel facturũ: aut nõ daturũ, vel nõ facturũ. Et dicit ibi idem Alexan. ꝙ sunt tres comites iuramẽti, qui debent super illud associari: videlicet iustitia, veritas, & iudicium, siue discretio. Vnde Iere. iiij. dicitur, Iurabũt, viuit dominus, in veritate, & iudicio, & iustitia. Iuramentũ ẽm ordinatũ esse dicit, tũ ex parte iurãtis, tũ ex parte eius q iurat, tũ ex parte causæ, pro qua iuratur. Ex parte iurãtis, comes iuramẽti debet esse veritas, vt asserẽdo sciat verũ esse id, qđ iurat. Si aũt credit, iuret de credulitate, nõ aũt affirmet ex parte eius, qđ iurat. Debet esse comes iustitia, vt qđ iurat licitũ sit & iustũ. ex pte vero cãę ꝓ qua iurat, debet esse comes iudiciũ: vt si cã estrõnabilis, iuret: sine cã vero & discretiõe iudicij nõ iuret. Hoc idẽ videt asserere Bonauẽtura in iij. di. xxxix. arti. j. q. ij. & de illis comitib⁹ habet extrà, de iureiut. c. & si Christus. xxij. q. ij. animaduertendũ. & sunt verba Hieronymi, sup li. ij. Hieremiæ: ait enim sic: Animaduertẽdũ est, ꝙ iusiurandũ hos habeat comites, veritatẽ, iudiciũ, atq; iustitiã: si ista defuerint, nequaq; iuramentũ erit, sed periuriũ. Et dicit etiã diuus Hieronymus super Hieremiã paulo infrà: & habet xxij. q. j. c. & iurabũt, hæc verba, Et iurabũt, viuit dñs, in veritate, & in iudicio, & in iustitia, & benedicẽt eum gẽtes, ipsumq; laudabũt. Subijcere aũt hic nõnullas vtiles quęstiones volo: quæ, vt spero, & proderũt, & fortasse nõnullis peccãdi materiam præripient, qui in iurando adeo faciles, adeoq; procliues sunt, vt nesciant verbũ exprimere vnum nisi cum iuramento. Quod profecto turpissimum est, fieri enim nequaquam crediderim posse, vt qui in singulis verbis iuramentum interponere velit, non sæpissime falsum, vel etiam inuitus dicat. Quæro igitur primò, nunquid homo obligetur ad seruandum iuramentum incautum. Pro qua quæstione Ric. in iij. distin. xxxix. arti. j. q. iij. dicit, quòd iuramẽtũ potest esse incautũ, vel ratione modi iurandi, vel ratione eius quod iuratum est. Primo modo dupli-

citer.f.vel quia non est factum ex deliberatione,& sic non obligat de necessitate,sed tantùm de congruitate,etiam si quod iuratur licitum fit,aut quia non fit, quod iuratur, cumdebita reuerentia:& sic peccat homo iurando,& obligatur ad seruandum quod iurauit, si licitum est,quod iurauit. Iuramentum autem incautum ratione eius quod iuratū est, est id omne,qđ cōtrariatur charitati,& nullū tale iuramentum obligat iurantem ad seruādum.Peccat tamē, qui sic iurat:& qa omnia diuina pręcepta & cōsilia ordinantur ad charitatē,sicut dicit Apl's,primæ Thi.j.Finis præcepti est charitas.Nullū iuramentū est obligatorium,qđ derogat alicui præcepto diuino, seu consilio.qa etiā quodlibet peccatū mortale derogat alicui præcepto diuino,qa est cōtra præceptū diuinū, & etiā peccatū veniale, inquātū est obligatio quædā ad rectitudinē diuinorū pręceptorū, est dispositio ad peccatū mortale:vel veniale est obligatorium: qa etiam diuina consilia sunt de bonis operibus supererogationis & perfectionis.Ideo nullū iuramentum de nō faciendo aliqđ bonum opus supererogationis,vel de faciendo contrarium bonis operibus supererogationis,obligat. Nec etiā iuramentū de non faciendo ea quę melius est facere,ꝙ nō facere:vel de faciēdo,quæ melius est nō facere,ꝙ facere:ideo iurās,ꝙ non retinebit aliquem in suo seruitio, quē aliàs præstaret retinere,ꝙ non retinere:vel ꝙ nō loquetur proxima,cū quo aliàs melius esset loqui,ꝙ nō loqui, vel ꝙ non faciet sibi cōsolationē,vel subuētionē tēporalē,vel spirituale, q aliàs pstaret facere,ꝙ non facere:& sic de similibus : nō obligatur ad obseruandū qđ iurauit:qa etiā status religionis & prælationis sunt status perfecti:ideo q iurat se nunꝙ ingressurū religionē, vel nō recepturū prælationē,nō obligaṫ ad obseruandū quod iurauit.Propter tamē reuerentiā diuini nominis inuocati,& ad punitionē temeritatis sic iurantiū,& etiā ob reuerentiā eorū qui præsunt,non debet homo autoritate propria venire cōtra quodlibet iuramentū incautū, sed debet quādoq; recurrere ad superiorē,qui à tali iuramento eum absoluat, vel declaret ipsum nō esse obligatū : præsertim cùm dubium oriri posset, vtrū obseruādo vergat in deteriorē exitū, quàm nō obseruādo. Cōtra tamē qđ,quodlibet iuramētū,qđ ratione rei iuratæ derogat charitati,vel eius perfectioni, vel disponētib⁹ ad eā potest homo venire propria autoritate in casu necessitatis: ita dicit S.Bonauentura eadem dist. Quærūt etiā theologi, vbi suprà,nūqđ si quis iurat facere peccatū aliquod veniale, an peccet mortaliter. Et respōdent ipsi, quòd maxime peccant taliter iurantes. nam vt inquit ibi Bonauentura : si iurans actum perfectionis non faceret quemadmodū est ingredi religionem:grauissime peccat:multo magis iurās peccare,& Deum offendere.cum quo concordat Hugo dicens,ꝙ si quis iurauit, ꝙ superflue comedet, vel verba ociosa dicet, ꝙ mortaliter peccat,si implet:qa facit cōtra illud Decreti, In malis ꝓmissis rescinde fidē.xxij.q.iiij.&.xxij.q.ij.si aliqđ. & sunt verba Bedæ,qui ita ait in homelia xliij.Si aliqđ forte nos incautius iurare contigerit,quod obseruatum in peiorem vergat exitum : liberè illud salubriori consilio mutandum nouerimus, ac magis instante necessitate peierandum nobis, quàm pro vitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum . Denique iurauit Dauid per Deum,occidere Nabal virum stultū & impium, atque omnia quæ ad eū pertinebāt demoliri: sed ad primā intercessionē Abigail fœminæ prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se pro tali periurio contraxisse doluit: & dicit ibi glo.in verbo,peiorē.Itē aliud exemplū potest poni,ꝙ hic ponatur:vt si iuraui me peccaturū venialiter: tale iuramentū non debeo adimplere,quia adijcere peccatū peccato:vt j.c.diffinitio.& si temere aliquid iuratur, quod est licitū, adimplendū est, Si tamē propter necessitatē nō possum adimplere,venialiter pecco:vt xxv.dist.crimine.in fi. & à licito iuramēto,vt quidā dicūt, Papa nō potest absoluere:vt notatur xv.q.vj.autoritatē.Sed cōtra eos est extrà, de iureiu.c. venientes. Insurgit etiam aliud dubiū in hac materia, non omnino scitu ingratum: videlicet an sit peius vel iurare verum per falsum Deū,vel falsum per verū Deum. Cui dubitationi Alexā.de Ales,vbi suprà,respōdet,ꝙ in prædicto iuramēto duo sunt, scilicet id quod iuraṫ,& id per quod iuratur.respiciēdo igiṫ ad id quod iuratur,minus malū est iurare verū per falsos Deos,quàm falsum p verum Deū:qa deest falsitas,& periuriū,& adest veritas:& hoc modo intelligitur illud Augustini ad Publicolā.xij.q.j.Minus malū est p falsos Deos iurare veraciter,quàm per Deum verū fallaciter.Respiciendo autē ad id p quod iuratur, quia hic iuratur p verū Deū, illic per idolum, sic isto secūdo peius est p falsos Deos iurare veraciter, quàm iurare per verum Deum mendaciter.concor. Bon.in iij. dist. xxxix.in expositione literæ sup illis verbis: Sine dubitatione min⁹ malū est p Deos falsos iurare veraciter,ꝙ p Deū verū fallaciter.Insurgit etiā alia dubitatio,qđ videlicet de ijs, qui iurātp mēbra Dei, vel Christi:puta p caput,p oculos, p corpus. Cui dubitationi rńdet Bon.in iij.di.xxxix.ar.ij.q.ij.& Alex.de Ales,vbi s.ꝙ duob⁹ modis peccāt mortaliter. Priò,si credāt Deū secūdùm diuinitatē habere caput,corp⁹,capillos, & similia; tales eñ ꝓprie sunt blasphemi: quippe q ea Deo attribuūt,q nō habet,cū sit incorpore⁹. Scđ'ò,qñ nominat mēbra Xpi irreuerēter , & quodā exqsito mō iurādi diuidūt ipm quasi mēbratim:q valde sunt arguēdi. Sec⁹ si qs diceret, iuro p humanitatē Xpi:& sic intelligiṫ tex.xxij.q.j.si qs p capillū.vbi dicitur,ꝙ talis si est cleric⁹,debet deponi:si laicus,debet excōicari. Ips⁹ aūt tex.verba,quoniā maxime vtilia sunt ea seruātib⁹, hic minime grauabor apponere,sunt Pij Pōtificis verba,q ait: Si qs per capillū Dei,vel caput iurauerit, vel alio modo blasphemia cōtra Deū vsus fuerit,si in ecclesiastico ordine est,deponaṫ:si laicus, anathematizetur.& si quis p creaturas iurauerit , acerrime castigetur : & iuxta id quod synodus dijudicauerit, pœniteat. Si quis autē talē hominem nō manifestauerit,nō est dubiū, quin diuina cōdēnatione coërceaṫ. Sed si eps ista emēdare neglexerit,acerrime corripiaṫ. Hæc ibi.Tertiò secūdùm Durā.in sum.lib.iij. parte j.di.xxviij.q.xxj. qñ iurāt p illa mēbra, quę in hominib⁹ inhonesta reputanṫ,sicut pleriq; nebulones faciūt,mortaliter secūdùm eū peccāt.cui⁹ opinionē semp sum secutus:nā qd turpi⁹,qd indignius,qdq; inhonestius esse pōt, quàm iurare p illa mēbra, de quib⁹ nō sine rubore aliquo viri honesti inter se colloquuntur?Sed tamē adeo mali mores vbique inualuerūt, & præsertim Venetijs,vbi nūc ego vitā vel inuitus traduco:vt etiā pueri ipsi , qui vix articulata verba proferre sciunt, statim turpia quæq; promāt,& p Deū ipsum,perq; virginem matrem in singulis verbis iurēt:sed qd dico,nō p Deū,neq; p virginē,sed p turpissima mēbra iurant.Propterea minimè miror,si ipse Deus & bella,& famem,& pestes immittat mortalibus. quin potius mirādum esse nobis debet, cur non vrbes ipsas funditus euertat.tot enim vitia nunc abundant,vt vix virtutis aliquod signum apud mortales extet. videmus enim eos , qui virtutis exemplaria mortalibus esse deberēt, hoc est sacerdotes ipsos,scelerum omnium principes esse : quiq; cū alijs deberēt bona morū exēpla prębere,vt ecclesia veneraretur, ab ipsis omnia mala exēpla accipimus:nihil eñ aliud satagūt,ꝙ quomodo suā iurisdictionē tēporalē amplięt. Propterea libet exclamare cōtra impatores,ac cæteros principes seculares,q hoc gen⁹ hoīm eiusq; vitiosa facinora sustinēt,& se seruos nō ecclę,sed Babylonię faciūt.Heu igiṫ miseri,heu infelices, q olim impatores ac principes eratis,nūc vero sacerdotū serui:sed qd sacerdotū? sacrilegorū dicere volebā:videtis eñ eos vrbes,ac regna, & orbē deniq; ipm totū infinitis modis vsurpare,nec de remedio cogitatis.Hoc aūt accidit,qa prudētiæ & sciētiæ nō intēditis:ꝓpterea audite, & præcordijs vr̄is infigite, qd dicat diu⁹ ille Hierony. Veteres (inqt) seruātes historias, inuenire nō possum aliquos alios scidisse ecclesiā , & de domo dn̄i populos seduxisse, præter eos q sacerdotes à Deo positi fuerāt, & Prophetæ.i.speculatores. isti ergo vertunṫ in laqueū tortuosum in oībus locis ponētes scādalū : vt habeṫ in c. trāsferūt.xxiiij.q.iij. Verùm vt absolutā perfectāq; bonorū ac malorū faciē cōtēplari, & exēplis vtrūq; ꝓpositis diligētius cauere liceat:vrbis Romę simul, & ei⁹ curię mores pcurrere nō erit forsitā alienū:qū id ante nos plurimi fecēre, inter quos maximā meretur laudē Raphaël Volaterranus,vir cùm doctrina,tū morib⁹,ac vitæ sanctitate perspicu⁹:qppe q in Romana curia p multos annos versatus , optime illorū mores callebat:hęc igiṫ oīa,quæ à nobis dicētur,ex eius libris excerpsim⁹: quæ quidē,si quis rectè perpēdet,verissima esse dignoscet.Loc⁹ est igiṫ Roma,gētibus fere oībus cōis,quò vt virtutes oēs,ita teste Cornelio Tacito, monstrosa cuncta,ac pudēda cōfluunt. Huc parētes adolescētes filios tāq; ad theatrū orbis terrarū vestibus ꝓ cōditiōe ornatos mittūt: fœneratitiā etiā pecuniā eorū gratia qñq; accipiūt, vt suā obliuiscātur patriā, ineptias domesticas dediscāt, vrbanos induant mores, peculiū denique si quod sibi parare possunt,cogere, rebusque omnib⁹ auctiores fieri cōtendāt. Verū aliter plerūq; rerū finis,lōgeꝙ expectationi aduersus.aut eñ immatura morte p vitæ incōtinentiā ac licentiā rapiunṫ, aut ingratas colētes amicitias, seu dominis seruiētes discolis,tēpus frustra terunt,suosq; minime voti cōpotes reddūt:seu si forte lōgis pòst laborib⁹ ad ea quę sperabāt peruenere, felicitate ac opib⁹ abutentes, ad fastū omnia exemplaq; mala plerūq; reducūt. Sed ab initio venientiū , pariterq; cōmorantiū, causas parūper exquiram⁹: vt illud Martialis ad hoc ꝓpositū rectè accōmodare possimus,Quæ te causa trahit, vel quæ fiducia Romā, Sexte? qd aut quæris,aut petis inde,refer.Rationes oīno qnq; mouere solēt oēs ; religio,quies,ambitio,auaritia,voluptas. Prima tm̄ laudata:secūda nō vitiosa:reliquæ aūt oīno illaudatę.ex quo innumerabiles pessundari,& ad gehennā magno cū studio præcipites ire facile possumus existimare. Christianæ nāq; fidei ardor Christianos plurimos ab extremis orbis partibus ad limina tantū apostolorū adorāda olim excitauit: q ætatē deinde oēm in eadē vrbe cōmorādo cōsumpserūt, vbi tot martyrū millia pro Christi nomine pertulerūt,vbi tot sanctorū corpora in pace sepulta sunt: vbi deniq; orbis ac religionis caput,eiusq; in excelso pastor ac princeps animarū solio residet.Huc Petrus Britanniæ rex magnis relictis opib⁹ veniēs, tenuis admodū,& priuatus, vsq; ad extremū vixit. Hic Otho scđs Imperator mori voluit.Brigida item, ab vltimis Aquilonis sedib⁹

ex

ex illustri loco, ignobilis, & peregrina mansit, Basilicas locaq; sacra vrbis adiens, quotidie adorabat. Huc Carolus Magnus, Principésque tot fideles, Christi tūc ingruētis amore incēsi, magnis itineribus, terra mariq; obitis, salutandū Pontificē Romanū humiles accessere: ea felicitate, vt si qui forte in hoc sacro itinere decederent, beati oīno putarenť, q vero incōmodū illis inferret, procul à sacris haberenť. Videm⁹ insup, tot millia quotānis oīs sexus, ordinis, ætatis huc tanq̃ ad cœli ianuā, ad renouandū interiorē hominē, Christiq̃ militū tot sepulchra studio visendi certatim ꝓperare, vltimā quoq; suis actionib⁹ post exāclatos labores viā hanc demū, vt fomentū aliquod, & medicinā plagarū sibi sumere, si semel seruatoris imaginē, in beati Petri Basilica, ii apostolorū capita in æde Lateranensi conspexerint, magnū vitæ fructū, & omniū laborū premium aliq̄d, vitæq̃ futuræ spē certā se cōsecutos esse arbitrāť. O felices aīas, q̄ ad hūc vsum beatissimū suā in hoc loco peregrinationē sibi assumūt: nō quæst⁹, aut breuis ambitionis, nō voluptatis grā sunt à sedib⁹ patrijs, vt reliqua turba, cōmoti: hi tm̄ sapiūt, hi Dei bñficio, & tātæ vrbis munerib⁹ ad animarū nr̄arū salutē facietib⁹ recte ad extremū sunt vsi. His proximi sunt, qui aut patriæ tyrānidē, moresq; pessimos fugiētes, aut reipu. administrationē, seu necessariorū molestias pertæsi, vt quietiores viuāt, locū sibi aliquē, vñ honeste viuant, mercanť: qñ hāc inueterate inueniūt cōsuetudinē. qui etsi vita, ac sanctitate illos, quos pauloante cōmemoraui, nō æquantur, tamen à pietate Christiana nō abhorrēt: quippe q sine querela negotia sua tractāt, minime insatiabiles, minime curiosi: raro saltatores, aut aularū tritores. At cæteros quid dicā, tot ad eā properātes mortales, nisi in magno salutis (si forte nō cauerint) versari discrimine? horū principia prima, vt finis facilius iudiceť, inspicieda. Pars maxima, vt hoībus, nō Deo seruiat, sollicitať, vt auctior fiat, vt post longa duraq̃ seruitia viaticū senectuti quærat: vñ? ex ecclesiarū ꝓuēti b⁹. Iā ergo rē sacrā ex hoc fateť quæstui, & nō pietati sibi esse. q̄d q̃ virtuti pſonæq; debeť, vel indignis qñq; mercedis loco tribui, hoc primū dātes simul & accipiētes piaculū. Sed seruiēdi modū parūp inspiciam⁹: vix tres aut quatuor ista res aluit, pallet cætera turba fame: nisi iā q̄dā annis multis cōtinuo officio assistētes, noīe ac pr̄ia apud suos dños ad extremū ignorati. Qui diligētiores aūt videri cupiūt, mane toto aū cubiculū surgētē, & ad sacrificiū tādē venietē ꝓstolanť: domestici pariter, & cliētes, q salutatū veniūt certatim, ante cōsistūt, ut videanť. Si qs vero lętiore forte aspiciať vultu, is maxie gaudet, fructū se tot⁹ diei, & æstus, & laboris accepisse putat. Prætérea aliquò ad ægtatē ducūt, & deducūt. dies in hoc ferme tot⁹ absumiť. Dū expectāt, fabulanť, oscitanť, dormitāt, ludūt, maledicūt, sermōes de voluptate (ꝙ iuuenes plernuq̃ sunt) sæpenumerò habēt. Ad mēsam signo vocati, velut apes ad flores, aut corui esurientes ad cadauera ocyus currūt: vix vnq̃ saturi architriclini velociter insonāte nuga. & famulus rursus alijs, q maiore adhuc vrgent fame instātib⁹, q verò mēsę astāt dñicæ, vnctiore gaudēt pabulo, reliqas deuorātes. verū maiore ꝑmūtūt seruitute, si sternutatur, si tussitur, caput aperiūt, salutāt, genua flectūt, dñi fastidia multa, & cōuiuarū ineptias, vaniloquētiāq;, & assentatiōes audiūt. quib⁹ oībus illud infeliciter euenit, vt res vna nō æque bene, & ad eius gesta votum, oīa benefacta deleat, plusq; pōderis semel rei vel paruæ defuisse, q̃ officiū diligēs reliquo tēpori pstitisse habeat. Qui etiā mos maxie viget in Venetijs, q nobiles se appellari volūt: sed ne forte aliquem tenuis tm̄ turbæ miseratio capiat. Peiora lōge his patiūtur, q cū in libertate, rerūq̃ omniū lætitia, copiaq̃ viuere possent, sponte se his bonis oībus priuātes, alijs subigere malūt. Itaq; hoc videre licet mane horridulos ad fores patrū expectātes, vt eos ad Vaticanū ducāt, nullo sæpe exposcēte vsu, alioqui contendūt, vexāt: aliquid forsitā grauius agentes, suis interpellāt nugis: cumq; officio nōnulli prælatus illis fratres ac æquales esse debeāt, vilium more seruorum ad genua procumbunt, ac aperto diu capite ad preces aut adsentationes vsque ineptas descendentes, seq̃ denique suo statu indignos coram Deo & hominibus reddunt. In sacris enim constituti ordinibus, genus & regale sacerdotium olim appellati, fiunt (proh pudor) & equorum, & stabuli, & culinæ, & si quid est vilissimum, sæpe curam suscipiunt. Miseri, si hoc præmio, curam domi deserunt animarum, ouium nulla cogitatio: si tamen vlla, libidinosis, leuibus, infamibus, cultus diuinus & sacrificia permittuntur: quòd genus hoc hominum vilius conducatur, vt ille sacerdos, leuita, præsul, ad nouos cōtinuo quærendo in curia abutatur. Nonnulli, qui nobiliore se animo faciunt, non rem, sed honorem, imperium, magistratū, sequi dicunt: ideoq̃ purpurā quotūq; admiranť, hoc spectāt, ex hoc pallet, malaq̃ perpetua tolerāt, si per vim quādoq; argētariam potiti, quid mirū si minus in cōsulēdo libero sunt animo, ac ad sese, suosq; principes, & promotores omnia cōuertāt: omnibusq̃ vijs, quod optant magis, q̃ q̄d deceat, asseq cōtendāt? Quapropter hi maxime vulgo sapiētes, qui sibi maxime cōsulūt, habenť, & ita eius, penes quē est potestas, beneuolentiā obsequēdo, sibi cōparāt, vt quid velint, sibi suisq̃ facile impetrēt, & qñ ex virtute nequeūt, pleriq; ex mensæ

lautæq̃ suppellectilis, ac florētis familiæ sumptu gloriā sibi parare contendunt. Vt autem epulis plurifariā conditis stomachum sine noxa præparent, nōnulli se venationibus emancipāt: totosq̃ venatorio studio se dedūt: canesq̃ innumeros ac parasitos loco pauperum alunt. Domi dū sunt, nihil eis inaccessius, vt illud q̄d nōnulli dicere solent, verū Deum videri posse facilius ad tertiam cœli ianuā, q̃ ad horū primam adiri posse. Die fere toto in penetralibus luditur, dormitur: foris obiter expectanti turbæ dominū occupatum esse, aut horas obire canonicas, seu grauius aliquid agere respōdetur. Sero tandē nōnulli familiariores admissi, quid ex egressu referant? trita res est, Non potui, non recordatus sum, non licuit: aliàs redibis. Si quid verò promittitur, ad Calendas Græcas præstatur. Vna tādem cœna clientulo si forte mēsa dignabitur, seu de venatione aliquid missum, longi temporis officiū & obseruantiā cōpensabit. Miserādi profecto, qui animi atq; corporis dotes simul cū ætatis spacio ad res magnas obeundas nobis diuinitus datas, rebus tam vtilibus contaminare dignum existimant. Sed ne quis ipsius loci genio potius, q̃ moribus ob dormitantem longo tēpore disciplinā oīno collapsis, hoc adscripserit: magnos hic in omni ordine sæpe viros nō solū prisca, sed nr̄a vidit ætas, viuūtq̃ hodie, qui & rebus agendis, & literis maxime idonei, exemplaq̃ modestiæ cæteris existant. Nūc eos breuiter ostendā, qui à potentiorū se liminibus subtrahentes, negotiū agunt proprii, rei familiari tantū studēt, patrimonium, peculiumq̃ augere cōtendūt. Hi quanq̃ se liberiores esse glorianť, auaritiæ tn̄ iugū nō oīno excusserūt, collegiorū loca cupidius licitanť. Horū mercatus legitimus constituiť, occasionibus inuigilatur, vt in annona calamitas aliqua, seu fertilitas publica expectatur, vnus plura ad rem augendam occupat, req̃ hoc modo, & si nō oīno spirituali, saltē spiritualia tractāte, abutit, q̄stuiq; habent. Sed quomodo exerceāť, qs ignorat? more inclytū, ordinariū, ac mēstruū emolumētū minime, sed q̄d cōtra ius fasq̃ eripiť, in lucro tātum cōputat. In scriptura publica, & in foro iudiciario tertio quoq; die cōueniūt. prima aūt inter se salutatio, prima cōgressio, quātāna hodie messem habemus? quot negotiorū? tristia sunt omnia, pauci admodū qui litigāt, qui literas expediāt, pauci moriunť, nihil vacat, cōtetus quisque suo minuū est, vel si per contumaciā populorū aut principū in Pontificem lucro solito priuentur, nō peccatū aūt ecclesiæ turbationē, sed incōmodū propriū queruntur, dolent, inquiunt, Heu miseri, in quæ incidimus tēpora, nostri prouētus ratio minime sorti respondet, nihil hic proficimus? q̃ melius in primo solo pecuniam seu agriculturā exercuissemus. Domum non ære graues ad votū redeuntes, nō æquo prandēt animo, cū seruis & familiaribus iurganť, nihil nisi argentum sapiūt, aut cogitant, si mēsis ad solitā nō peruenit summā, & Pōtifici & his q rebus præsidēt maledicūt. Forū post hæc vbi magis distineť? vbi & negocia simul & iudicia ꝓciosiora? Rotæ nomē habet genus hoc supplicij, quod recte quadrare rerum euentui videť: in hac enim miseri litigātes, multo sæuius, q̃ in Perilli tauro torquētur: æuū absumitur, dum breuiter liceret. Parte alia rabula rem de industria perendinat, diē de die trahit, ad oppugnandā iustitiā: ad resistendum alieno iuri quę nō excogitantur? munera, commendationes principum, testium violētia, deniq; libellorum, literarū, diplomatū, nō æqua intercessio. Dū res prope ad finē deducta est, venit æstas, feriq; vacatio: at nō lucri vnq̃ vacatio. Christi fideles aduenæ p dies solennes Romā religionis gratia properant, vitam emendaturi, veniam præteritorum petunt, lachrymas fundunt, per loca sancta certatim feruore diuino incensi discurrunt. At nostris ex magna parte tunc mēsis maxime tēpus aduenit, dies festos minime vereť, nō exēplo illorū excitanť. Basilicas ob familiaritatē spernūt, occupationes causantur, atq; ostentant: at non adeo occupati vnq̃, quin velint bis fieri saturi in die: prætérea somni voluptatisq; cæteræ reminisci. Quòd si cœna parū in noctē differtur, ob prādij cruditatē, incœnati tamē cubitū nullo modo volūt ire. Nō mirū igiť, si male parta, male dilabunť. Vidi ego nullis, ad quos tales peruenirent hæreditates, rem diu incolumem permansisse, diuitias, potentiasq̃, ac factiones in Italia maximas ex opibus huiusmodi, & ecclesiæ iuribus veniētes, breui tēpore hoc seculo pereuntes, vidi: vicarij ciuitatum sæpe mutantur, opes priuatorū mercatorumq; locupletissimorum ad decoctores tādem peruenere. Pręterea ūt ea, quę à nobis narrata sunt mala, alius oritur inuidiæ morbus, quo maius tormentū Siculi non inuenere tyrāni. Nec mirū, cùm hæc frequēter de rhetore cōsulē, vt ait Poeta qdā, fieri videam⁹, sex hominū ad illustrē summūq; sæpe locū hic magis, q̃ in orbe reliquo euehitur, digni præcipue hoībus facinorosis posthabentur, q̃ status rerū ob crebram Pontificum successionē sæpe cōmutatur. qui rerum potiebātur eiecti, protinus alij rursus ignoti sordidiq;, plerūq; amici & familiares in lucem prodeuntes adspiciuntur: itaq; virtuti nusquā locus, tm̄ seruitio clientelæq;. prætérea arrogātiæ simul, & impudētiæ cedūt oīa. Quid monstrorum annis superioribus nō vidimus ad opes maximas ac potentiam ereptum? Quis luxum, fastidiūq; quorundā, ingenuus æquo animo

adſpicere ſuſtinuit: eos itē illis imperare, quibus nec ſeruire digni fuerant? Itaq; Vatinij multi, & Glauciæ, & Nonij, & Verres, & Saturnini, & Catilinæ, & reliqua nebulonū turba longe nunc maior, q̄ in veteri vrbe apparēt, q & lenocinijs, & linguæ garrulitate, & adſentationibꝰ, & dolis, ad ea quæ exoptāt, peruenire nō verētur. ex quo bonis ſtomachū, inuidis dolorē, imprudētibus exemplū peſſimū, inquietis audaciā ad imitādum mouēt. Quas ob res Corneliꝰ Rhoſellus vir Romæ & literis p̄ſtans, & genere vitæ paucis & cōparādus, virq; mediusfidius Romanis tēporibꝰ dignꝰ, rem hāc curialem perſonatis, qui per ferias ſtultorū vagantur, aut hiſtrionibus, quiq; in theatris ſcenas agūt, cōparare ſolebat: nā illis, quem volūt ornatū ſiue ſerui, ſiue principis, vel grauis cuiuſpiā hominis, vel leuis ſumere, plane licet: ſic itē in hoc loco aſcendentiū & deſcendentiū fortunæ formas quotidie cōſpicimus. Sed ego oēs, quos accuſare paulo ſuprà ſum viſus, ita tamē accuſaui, vt ſi cætera modeſtiā retineant, virtutēq; reliquā ſequantur, vituperādi ex omni parte nō ſint: miſeratione alioqn digni, ꝙ in natura nobili ac præſtanti ambitionis leuitas, ac cupiditatis ſordes huiſcemodi contingāt. Illi vero cunctorum peſſimi, nec hominis partē vllam habent, qui ſe in cœno veluti ſues volutātes, humiq; oīno deiecti, Romanā curiam voluptatū ſuarum refugium atq; latebram quærūt: cùm domi & in reliquis orbis locis nō ſimilē reperiāt cōmoditatē. Hic pro ſua quiſque libidine vitā degit, humanis legibus nullis fere ſubdit̄, ex quo diuerſarū gētiū populi Romā cōcurrētes quotidie viſunt̄: vox diuerſa ſonat populorum, eſt vrbs tn̄ vna: ſi qd vſq; obſcœnū, quaſi Acherōtem veneris hic videre licet: ſexus in cōmiſcendo diſcrimē nullū: hic em̄ oēs ambulāt in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratū habētes intellectū, alienati à via dei per ignorātiam, quæ eſt in illis propter cæcitatē cordis ipſorū, quæ deſperātes ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationē immūdiciæ oīs, in auaritiā. Scortorū aūt cateruā nuſq; nec numero, nec delicijs, neq; ſumptu ſimilē, non ipſa olim Corinthus, & Cyprus, & Mitylene, & Cāpania habuiſſe legit̄. Seplaſia tota hic diffuſa eſt. Cicinni, manicæ, tunicæ, lineæ criſpantes, virgea ſagula, lactea colla, bracæ Gallicæ, byſſina, bōbicina, ſerica: purpura vſq; ad coquos, fullones, caupones, p̄ſtituta, hic clariꝰ adſpiciunt̄: cumq; barbari olim togā, grauemq; habitū hinc ſumerēt, ab illis nūc oīum ſordes ornamētorū huc lōge quàm in reliquā Italiā inhoneſtius ac licētioſius fluxere. Fuerūt olim Romæ lupanaria viginti, nunc ſane vnū, qd̄ vniuerſam amplectit̄ ciuitatē, dici poteſt. Inter venerabiliū curialiū, ciuiumq; ædes impudētiſſimæ ganeæ verſant̄, in tēplis, in cōcionibus, reliquisq; locis publicis, obſcœna cū honeſta turba cōuenit, famoſę à pudicis minime diſcernūtur: inter matronas amās turpiſſimus cū amica iocat̄, verbaq; iactat impudica: in media via magni ordinis viri ſpectante populo cū eiſdem ſermone cōgrediunt̄. Qui pudentiores aliquantulū videri volūt, noctes his tantū dicant libidinibus: mane ſi quis ad primam aurorā exeat, innumerabiles per vias hincinde è domibus exeuntes cuculo ac penula cōtectas clam deduci videbit. Hoc igitur, hoc præmiū, cuius gratia pleriq; & honoris, & tot laborū, & famæ, & ſubſtātiæ prodigi omnino ſunt: huc ſacros referūt prouentus, hic emolumentū, quæſtumq; omnem, qui rei parādæ dies totos īuigilant, tandē male perdūt. Trecētis fere aureorū milibus, vt ſane compertū, ne quis forte nugas putet, Romanus ſtat luxus. Tot igit̄ mala periculaq; in curia cōmorantē, cùm facile circunſtēt, quid potius dicā, aut moneā, niſi multā ei ſalutē dicere ſatius eſſe: ſeu ſi quis poſtremo in ea perſeuerare, ac conſeneſcere decreuerit, nec creſcere, neq; tritam vulgi orbitā ſequi, ſi deo potiſſimū placere ſtudet, ſibi omnino cogitādum. Quod lōge nūc facile ſub te duce, Adriane Papa beatiſſime, licebit, cùm hæc ad ſanum vulnera coire breuiter tua diligētia ſperētur: factum eſt em̄, vt ſapientia diuina, quæ à fine vſq; ad finem fortiter attingit, ac omnia ſuauiter diſponit, vt inquit Sapiēs Sapiētię octauo: cùm ſemper aliàs, tū verò maxime hoc tempore apparuerit. Nā cùm ſuperioribꝰ diebus omnia Italiæ loca in maximis eſſent poſita doloribus, & quodā quaſi æſtu maris efferueſcerēt, quippe quæ aperte viderēt Cardinaliū diſſenſiones, ac ſtudia huc & illuc incerte ferri, ita vt nulla ferme ſpes in tāta patrum diſſenſione, Pontificis creādi haberet̄: ecce ſubito preter omniū ſpē ac expectationē diuina æternaq; ſapientia, emiſſo è cœlo ſpiritu ſancto, qui in primæuo mundi principio ſuper aquas ferebatur, fluctus omnes, tempeſtatesq;, ac varios ſedauit motus, atq; humanos conatus fortiter debellādo ſuperauit: ad vnius em̄ vocem (vt de diuino illo Ambroſio legit̄) qua Adrianus Florētius Cardinalis Berthuſenſis pontificatu maximo maxime dignus oſtēdebatur: ita ſpiritu ſancto agente, vniuerſi, qui in cōclaui illo erant, commoti ſunt, vt ſtatim vno omniū conſenſu, ac ſuffragijs, in ſummum pontificem deligereris. Quis verò adeo vecors, adeo cōmuni ſenſu priuatus eſt, qui digitū dei hunc fuiſſe non videat? Nam cùm à multis abhinc annis (cùm ſcilicet Chriſtiana illa pietas, quæ in primitiua illa eccleſia vigebat, ardorq; ille pientiſſimus in Chriſtum, in ſanctos illos martyres pollebat: adeo vt quotidie ab illis crudeliſſimis Imperatoribus innumeri viri ſanctitate præclari varijs afficerentur pœnis) hominum conſilio, & fauoribus, ea res agi cœpta ſit, petitorumque præſentia ac prenſatio vrgeat, nec nō principū ſecularium gratia, & fauor plurimū poſſit, cæteraq; id genus, quæ in huiuſmodi magiſtratuū petitionibus, & ambitionibus fieri ſolēt, q̄ plurimū valere cōſueuerint. Tu vero nihil horū nec per te, nec per alios feciſti: tantumq; abeſt, vt huiuſcemodi tu rationibus fretus, quibus cæteri fere omnes cōfidūt, hanc ſummi Pontificatus dignitatē, celſiſſimāq; Apoſtolicæ amplitudinis ſedē cōſcenderis, vt cùm Hiſpaniæ regni amplitudo tuo ab glorioſiſſimo Carolo Romanorum Imperatore digniſſimo credita eſſet regimini, partibus fere omnibus ignotus eſſes, Regumq; ac principū fauores in alios inclinarēt, à te vno ſpiritus ille ſupernus non diſceſſerit, ſed cæteros omnes fortiter ſuperauerit. Idq; omnibus patere poteſt, cùm nullus ſit habitus reſpectus abſentiæ tuæ: quæ reuera nō minimū detrimenti Reip. Chriſtianæ afferre poſſe videbat̄. Nulla etiam habita eſt ratio, ꝙ Romanam vrbem nunq̄ vidiſſes. quod quidē periclitāti eccleſiæ, remedioq; præſentaneo indigēti obeſſe nōnihil ſuſpicandū erat. Præterea nulla etiā habita de te fuit ratio, ꝙ Caroli Imperatoris ampliſſimi doctor & pater extitiſſes: qd̄ quidē factioſorū mētes, q̄ maxime perturbare potuiſſet: vna omniū voce, ac conſenſu, oībusq; ſuffragātibus ad tāti honoris culmē euectus ſis. qd̄ qdē diuino illo ſpiritu volēte factū eſſe qs dubitet? præferebat em̄ ſpiritꝰ ille ſapientię & fortitudinis oculis Cardinaliū lumē illud tuū immēſum religionis, pietatis, in vniuerſos benignitatis, prudētię in agēdis rebus, obeundisq; magiſtratibus, liberalitatis, vitæq; integritatis, & ſacratiſſimę eruditionis tuæ, quibus excellētiſſimis virtutibus in tanti muneris functione adhibitis, & abſentiæ tuæ, & nunq̄ abs te perſpectæ Romæ mores antehac corruptos, & à vera illa Chriſtiana pietate longe alienos, dānaq;, ſi qua forēt, cumulatiſſimè, quæ tua eſt dexteritas, ſarcires: teq; (vtpote vices illius in terris ſuſtinentē, qui aſſeruit ſe minime perſonarū acceptatorē eſſe) nō Cæſari tm̄ ſingularē, verùm cæteris quoq; principibus, alijsq; omnibus Chriſtianis populis paſtorem, rectorē, doctorē, cōmunemq; patrē exhiberes. Poſſumus igit̄ veriſſime aſſerere, Deū ipſum oīpotentē, fortē, fortiter nobiſcū egiſſe, ſuauiterq; in poſterū cūcta te duce diſpoſiturū. Nam quid hoc tpe ſuauius vniuerſali Chriſtianorū eccleſiæ euenire poterat, turpiſſimis pręſertim moribus fœdatæ vitiorū omnium vſq; quaq; cōtaminatæ, bonis ſpiritualibus deſtitutæ, ignorātiæ tenebris obſeſſæ, nouis hæreſibus imbutæ, varijsq; errorum tēpeſtatibus agitatæ, bellorū tumultibus domi foriſq; cōcuſſæ, hoc eſt domeſticis, quę. ſ. inter Chriſtianos principes magno cum Chriſtiani nominis dedecore quotidie gerūtur: externis vero, hoc eſt, Turcis. videre em̄ eſt Turcarū impietate labefactatā ac diminutam exiſtere Chriſtianā rēpu. & niſi tu tua prudētia ei auxilio fueris, vereor ne oīno penitꝰ Chriſtianū nomē eradicet̄. Quid inquā ſuauiꝰ ſponſæ iſti eccleſiæ, tot tātisq; malis afflictæ, euenire hac noſtra tempeſtate poterat, q̄ te ſpōſum ei diuina quadā volūtate datum intueri? quippe qui innocētia tua, ac vitæ integritate, antiquā illā eccleſiæ ſanctæ in noſtrā ætatē ſis reuocaturus ſanctimoniā: qui ſummo ſtudio ac diligētia nihil nō cōpoſitū, ornatū, ac in meliorē formā redactū, inſtauratūq; relinques, qui ſacratiſſimæ doctrinæ ſplēdore, qui in tot libris, quos hactenꝰ edidiſti, elucet, ac ſplēdeſcit, oēs ignorātiæ tenebras ac caliginem ex eccleſiaſtico eximes, ac diſſipabis ordine. Qui qdē ſanctiſſima tua autoritate, diuino Dei nutu ac iudicio nūc adeo amplificata, & Germanicā nationē, apud quā ſemp autoritatis plurimū habuiſti, oībꝰ hęreſum maculis, ac cōtagioībꝰ peſſimis, q̄ nūc in illa ſerpūt, expurgabis, & Chriſtianis principibus pacatis, immanes Turcas in Chriſtianū nomē maxīe graſſantes, ac ferociētes, magnisq; copijs Italię p̄ſertim minitātes, retardabis, exterminabisq;. Credo eqdē, ac indubie affirmare auſim (nec vana erit fides) Optimū Max. Deū, qui proprijs manibꝰ te in hac Petri ſede locauit, hāc quoq; aduerſus impios Mahometi ſectatores tibi feliciſſimā reſeruaſſe victoriā, vt prius inſtauratis per te Chriſtianorū & religioſorū p̄cipue moribꝰ, Barbarę illę gētes tūc credere īcipiat in Chriſti eccl̄ia verā ineſſe religionē, ac verū Dei cultū, & pietatē: qd̄ hactenꝰ ob multorū vitę ſcelera & turpitudinē illis incredibile viſum eſt. Quēadmodū igit̄ diuinꝰ ille ſpūs ī te vno deligēdo attigit à fine vſq; ad finē, fortiter, ſuauiterq; cūcta diſpoſuit, tuq; etiā cū religione illa tua ſanctiſſima, tum etiā ea qua maxīe ſplēdes ſapiētia, & cōſilio, in regēda Chriſtiana eccl̄ia, totiꝰ orbis fines fortiter attinges, ſuauiterq; p̄phana & ſacra diſpōes. Ita em̄ Chriſtianorū oīum deſideria expetūt, q ferme vna oīum voce in te ſpē hāc ſe ſe hr̄e clamant, vt cūcta reficias, ac renoues: hoc em̄ virtꝰ integritasq; tua requirūt, quibꝰ q̄cūq; difficilia te iā pridē gerere & cōficere poſſe docuiſti, ita demū admirabilis hæc tui electio, q̄ ab eo, q facit mirabilia ſolus, profecta eſt: merito & optimo ſuo iure expoſtulat, vt iuſte iudices in nationibꝰ, ruinas eccleſiæ impleas, auaritiæq; tanq̄ Hydræ capita renaſcētia charitatis igne extirpes. Hoc em̄ faciēdo te dignū Petri ſede demōſtrabis: te em̄ curæ, erūnæ, labores pro cura gregis tibi cōmiſſi manēt: quippe vt inquit diuus Aug. Sicut nihil in hoc

ſeculo

seculo excellētius: ita nihil in hac vita laboriosius, nihilq; difficili⁹, ac periculosius, pōtificat⁹ officio, si eo modo nō militet, quo Imperator Xp̄s iubet. Cū tu igit vitæ sanctimonia maxīe fulgeas, sperandū est, te huius dignitatis militē maxime idoneū futurū. Quod qdē vt facias, ego, q sacerdotū minim⁹ sum, ꝓ eo quo in Deū Op. Max. Christianāq; rēp. afficior amore, te oratū velim, meq; ī visceribꝰ & charitate Xp̄i vt cōmēdatū habeas cupio. Hęc aūt obiter dixisse volui, quo aperte cognosceres, Paulū Rhosellū ꝑmaxime cupere, vt nomē Christianū augeat p te, qui solus id facere potes, vt etiā aliās demōstraturus sum: modo Deus ipse votis meis aspiret. Cæterū ad institutū nostrū redeūdum censeo, & nōnulla à nobis de iuramēto intermissa hic apponenda ducimus. Quæritur igitur, nūquid cogi debeat qs iurare, qđ presumit nō seruare. Pro qua questione r̄ndet Durā. li. ij. parte j. di. xxviij. q. xliij. neminē induci vel cogi debere ad id iurandū, qđ presumit nō esse seruaturū. Vnde cleric⁹ publicè retinēs cōcubinā, nō est cogendus ad abiurandū eā, ne cadēs in fornicationem incurrat periuriū. extrà, de co. cleri. secus vero, si cōtraxisset cū aliqua de facto. Insurgit etiā alia dubitatio, videlicet si qs coact⁹ vi, iurauit aliqd ꝓmittēdo, an sit necessaria dispēsatio, seu relaxatio. Cui dubitationi respōdet Bonauen. in iij. dist. xxxix. q. ij. ꝙ in foro cōscientiæ consulendū est ei, qui sic iurauit, nisi relaxationē inueniat iuramentū implere. & hoc dico, si iuramentū illud sit cā rei licitæ, & secūdùm Inn. & Host. extrà eo. c. debitores. ep̄s poterit dispēsare. xvj. q. vj. c. j. & ij. & extrà eo. c. cū cōtingat. Idē dicūt ī iuramēto dolo extorto p dicta iura. Itē querūt Theologi, nūqd iuramentū fieri possit, qualibet hora, an solū ieiunijs. Et r̄ndet huic dubitatiōi Bonauē. in iij. dist. xxxix. in expositione literæ sup illis verbis, sctā synod⁹ decernit, ꝙ oēs fideles ieiuni ad sacramētū accedāt. qa hoc nō est propter priuilegiū iuramēti, sed propter periculū, qa post cibū & potū homo pronior est ad multiloquiū, & ideo facili⁹ homo caderet in periuriū. Præterea ideo statutū est, vt ieiuno stomacho fiat iuramentū, quaten⁹ p hoc insinuet, ꝙ cū magna reuerētia nomē Dei est in testimoniū aduocādū, & nō passim ꝓ qualibet cā. Excipit aūt bonū pacis, propter hoc, ꝙ ip̄m est maxime appetendū, & eius oppositū maxīe fugiendū. Vnde qa in reformando pacē mora trahit ad se periculū, ꝓpter hoc in casu isto nō ita seruat ieiuniū. Quid aūt dicem⁹ de his, q ex mala cōsuetudine nesciūt vel ēt verbū vnū ꝓferre absq; iuramēto? Rūdet Alex. de Ales, in iij. in expositione scdi ꝑcepti decalogi. ꝙ si conant hāc malā cōsuetudinē pro viribus extirpare, nihilominus nonnunq; ex inaduertentia iurant propter prauitatem malæ cōsuetudinis, quā extirpare difficile est: tūc venialiter peccāt. Si aūt negligētia quadā in hoc vtunt, dimittūtq; labi linguā in ipsam malā consuetudinē, peccāt mortaliter: qa faciūt cōtra diuinū mādatū, qđ ꝓhibet sine causa & iudicio discretiōis, & ex cōsuetudine: qa cōsuetudo nedū nō excusat, seu alleuiat peccatū, imo aggrauat: quia tāto grauiora sunt peccata, quāto infelicē animā diutius detinēt alligatā: vt habet in c. fi. de cōsue. Quærit idē Alex. vbi s. q. j. in solutione argumētorū, an iurare ꝓ nihilo semper sit peccatum. Dicit autē ibi, quòd iurare pro nihilo, aut sit cū intētione iurādi, & deliberatione: aut sine. Si sit sine intentione iurādi, sic iurare pro nihilo nō est peccatum mortale. Vnde si dormiens proferat verbū iuramenti, iurando non peccaret: secus si fiat cum intentione iurandi, & deliberatione: quia nomen domini assumit in vanum. Et hæc satis pro nunc dicta sint, quando ad reliquum instituti nostri Aretini repertorij redeundum est.

Iuramentū & actio, quæ orit ex eo, habet paratā executionē. Are. in l. ait prætor. la ij. ff. de iureiu. in §. item si iurauero. nu. 31. fo. 29.

Iuramentum non est propriè probatio, sed ficte. ita dicit Areti. in l. ait prætor. la ij. ff. de iureiu. §. si cum de. fo. 29. nu. 33.

Iuri accrescendi non est locus, quādo vnus ex coniunctis cōiunctione legali non excluditur ipso iure, sed ope exceptionis. Are. in l. si duo patroni. de iureiu. fo. eo. nu. 1.

Iuramentum præstitū elidit præscriptionē, vel impedit eius cursum. vide Are. in l. si duo patroni. ff. de iureiu. fo. eo. nu. 3.

Iurās sup causa, videt iurare sup quocūq; effectu, ex causa descendēte: qa q negat cām, negat effectū. ita Are. ī l. si duo patroni. ff. de iureiu. fo. 29. nu. 4. Et scribit d. Bar. in d. l. si duo patroni. ꝙ minor qui iurat sup cōtractu, videt iurare sup oī iure, qđ sibi cōpetit occasiōe cōtract⁹. & sic excludit à petēdo restitutionē: licet aliter nō sit certioratus. Et vtrū minor dicat efficaciter renūciare beneficio suo, si nō sit certificatus: vide quæ scribit d. Alexā. de Imo. in consi. suo ccxxix. in ij. parte. in quo diffuse hanc materiā discussam inuenies.

Iuramentum non trahitur ad incognita, Are. in l. si duo patroni, ff. de iureiu. fo. 30. nu. 5.

Iuramētū p̄stitū sup cōtractu formi, parit obligationē ex illo cōtractu & actionē vtilē, nō tamen directā. Areti. in l. si duo patroni, fo. eo. nu. 10.

Iuramentum in contractibus vltro citroq; obligatorijs, propter connexitatem obligationis necessariam in fauorem vnius præstitum, extenditur ad alium. Are. ibi. fo. 30. nu. 11.

ex Iuramēto nedū pro iurāte, sed etiā pro eo cōtra quē est iuratū, orit actio, licet informiter respectu illius iuratū sit. Are. vbi s. nu. 13.

Iuramentum promissorium de iure ciuili, licet actionem non pariat, periurus tamen potest castigari extra ordinem. Are. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. fo. 30. nu. 18.

Iuramentum cōuentionale nec reus tenetur suscipere, nec actor, si sibi deferatur. Are. in l. iusiurandum. ff. de iureiu. fo. 31. in nu. 1.

Iuramentum delatum à pupillo solo, nō præiudicat ei. Are. in d. l. iusiurandum fo. eo. nu. 2.

Iurare quis non tenetur, quando ex delatione iuramenti periculum esset, ne periurij infamiam subiret saltē de facto. vide Are. in l. iusiurandum. ff. de iureiu. fo. 31. nu. 12.

Iuramentum præstitum à minore in fauorē ipsius, valet. ita Aretin. in l. qui iurasse. ff. de iureiu. fo. 32. nu. 1.

Iuramentum præstitū à pupillo super contractu, nūquid firmet contractum. vide Are. in l. qui iurasse. ff. de iureiu. fo. 32. nu. 3.

Iuramentū patris quādo est limitatū ex causa, quę solùm respicit personam suam, nō prodest filio: & idē est de fideiussore, quo ad principalem. Are. in d. l. qui iurasse. fo. eo. nu. 6.

Iuramentum magis proprie est conuentio & cōtractus, quàm actus iudicialis. Are. in l. qui iurasse. fo. 32. nu. 8.

Iuramentum præstitum per vnum ex reis credendi, præiudicat alteri. Are. in d. l. qui iurasse. fo. 32. nu. 9.

Iuramentum prestitum à fideiussore, prodest principali, si iuramenti verba complectuntur obligationem principalis, aliàs non. Aret. in d. l. qui iurasse. in §. si ei qui debitorem. fo. 33. nu. 13.

Iurās qn̄ obscure iurauit, pōt officiū iudicis implorari, vt declaret dictū suū. Are. in l. q iurasse. in §. si ei q debitorē. ff. de iureiu. fol. eo. nu. 33. & ibi etiā in nu. 16. dicit, ꝙ obscura r̄nsio licet interpretet in dubio cōtra respōdentē, nō tamē interpretatur in preiudiciū tertij.

Iuramentum nō extēditur vltra id, qđ importat. Are. in l. qui iurasse. §. item Pomponius ait. ff. de iureiu. fo. 33. nu. 24.

Iuramentum liberti absorbet in totū ius patronatus: sed nō econtra. Are. in l. eum qui iurauit. ff. de iureiu. fo. 35. nu. 16.

Iuramentū qn̄ simpliciter defert, intelligit ꝙ debeat iurari p Deū. hodie vero intelligit p Euāgelia. Are. in l. iurisiurādi. ff. de iureiur. fo. 35. nu. 2. Si qs aūt iurās iurauerit p fidē meā, idē est, ac si iurasset p Euāgelia: nā iurare per fidē meā, & per Euāgelia æquiparātur. ita habet p Fely. in c. querelā. extrà, de iureiurādo. cui⁹ verba hęc sunt Iurare est aliqd Deo teste affirmare. & iurās per fidē, ita effert Deo teste, sicut si per Euāgelia, quibus nō debetur maior reuerentia, ꝙ ipsi Deo, seu fidei suæ. & dicit etiā Archi. in c. j. de sepul. li. vj. ista æquiparari, iuro per fidē meā, vel per Euāgelia. Et ꝙ violator fidei sit periurus, tenet Archidia. xxij. q. j. in summa. & Innoc. in c. & si Christus. circa mediū. de iure. & d. Anto. manifestissime in c. tuis. in ij. col. extrà, de testi.

ex Iuramenti relatione quādo resultat manifestum damnum referēti, nō cogitur tunc ille, cui defertur, iurare. Are. in l. iusiurandū. ff. de iureiu. fo. 35. nu. 2.

Iuramentū calumniæ potest tacite omitti, nec præstari debet, nisi petatur. Are. in l. iusiurandum. ff. de iureiur. fo. 35. nu. 7. pro quo vide Cano. in c. j. de iuramen. calum. in vj.

Iuramentum delatū & recusatū, sicut facit reū haberi pro confesso: ita etiā iuramentū relatū facit actorē haberi pro confesso. Are. in l. iusiurandum. in §. cum res. ff. de iureiu. fo. 35. nu. 16.

Iuramentū iudiciale præstari potest publicato processu. Aret. in l. tutor pupilli. ff. de iureiu. fo. 36. nu. 3.

Iuramentum super vna causa præstitū, nō parit exceptionē aduersus aliā actionem ducentē ortū ex alia causa. Are. in l. si actor. ff. de iure iuran. fo. 36. nu. 2.

Iuramentū iudice approbāte delatū, nisi à patre cōtradicat, incōtinēti videt susceptū: & sic nō poterit postea etiā ex iuxta causa recusari. Are. in l. manifeste. ff. de iureiu. fo. 36. nu. 2. & est illa lex notabilis, prout fere oēs leges à Paulo illo conciui meo promulgatæ. Inquit autē sic, Manifestę turpitudinis est, & cōfessionis, nolle nec iurare, nec iusiurandū referre. Pro cuius quidem tex. declaratione multa ponit do. Alex. de Imo. in consi. ccxxvij. & etiam do. Bar. Soci. in consi. clv. & in consi. clxxxiiij. in ij. parte, in quo ponit, ꝙ delatio iuramēti est species probationis, in cuius recusatione sine causa oritur turpitudo; quod patet in delato à iudice, quia habetur pro confesso, si sine causa non iurat.

Iuramentū subrogatur loco acceptilationis. ita Are. in l. iusiurandum. ff. de iureiur. fo. eo. nu. 1.

Iuramentū præstitū super cōtractu, vel super facto, tollit obligationē naturalem, & parit fauorabilē exceptionē. Areti. in l. creditore. ff. de iureiu. fo. 36. in nu. 2.

Iuramentū simpliciter prestitū declarat secūdùm qualitatē litis cōtrouersiæ precedētis. ita Are. in l. creditore. ff. de iureiu. fo. 36. nu. 3.

Iuramentū fideiussoris prodest principali, quādo expresse vel presumptiue respicit totā causam. Are. in d. l. creditore. fo. 37. nu. 4.

Iuramentum præstitum à defensore prodest principali. Arc.in d.l. creditore. fo.37.nu.5.

Iuramentũ fideiussoris nõ solùm prodest principali, sed etiã defensoris vel ptocuratoris. Are.in d.l.creditore.fo.eo.nu.6.

Iuramentũ in litẽ nõ præstatꝛ ꝓpter culpã, vt habetur p Are.in l.siue nostrũ.ff.de in lit.iurã.fo.37.nu.1.& etiã in l.actionib⁹.ff.eo.fo.38. nu.12.vbi dicit iuxta glo.ibi, super ver. ob culpã. ꝙ propter latam culpam nõ præstatur iuramentũ in litem. & dicit hanc esse cõmunem opi.à qua quidem recedendum non est.

Iuramentũ in litẽ nõ põt deferri matri pupilli. Are.in l.videamus.ff. de in lit.iurã.& dicit ibi, ꝙ ratio est secũdùm Doct.qa de iure isto mulier nõ poterat esse tutrix.& ideo cùm nõ esset dña, nõ debuit sibi tale iuramentũ deferri:vt habetꝛ p Vlpia.in l.vulgo.j.eo. q ita: dicit, vulgo præsumitur aliũ in litẽ nõ debere iurare, ꝗ̃ dñm litis: & hæcest bona ratio, & melior, ꝗ̃ illa quæ assignatur in glo.

Iuramentũ in litem nunꝗ̃ defertur respectu solius affectionis, nõ habentis permixtam in se vtilitatẽ. Aret.in d.l.videamus.ff.de in lit. iuran.fo.37.nu.2.

Iuramentũ in litem licet præstetur officio iudicis, peti tamen potest à parte præstari, vt iudex interponat officium suum. Aret.in l.videamus.ff.de in lit.iuran.fo.eo.nu.3.

Iuramentũ præstitũ super lite, & super deductis, vel deducendis in iudicio, sicut parit exceptionem litis finitæ:ita & iuramentum, quod præstatur circa dependentia & accessoria ipsius litis. Areti.in l.videamus.ff.de in lit.iuran.fo.37.nu.5.

Iuramentũ veritatis nõ videtꝛ posse deferri in cõtractibus stricti iuris, quãdo agitꝛ cõtra dolosum, nisi concurrat probationis difficultas, & res sit perempta. Arc.in l.in actionibus.ff.de in li.iuran.fol.37. nu.6.Et vide etiã ibi per Are.in nu.7.an iuretꝛ in litẽ in actionibus contrarijs, & quod de actione excepto, quæ competit ad rem tradi, ibi tractat Arc.& in nu.8.& in nu.10.

Iurãs rẽ valere tm̃, nõ videtur negare, qn valeat plus: qa q̃d plus est, vtiqꝫ tanti est.ita Arc. in l.cũ furti.ff. de in lit. iurã.fo.39.nu.2. & hoc est, q̃d ibi dicitꝛ p eundẽ in nu.3.ꝙ in maiori summa inest minor, idq́; etiã in forma probãdi. Vnde si testes deponũt de pretio rei diuersimode, ꝙ vnus videlicet dicat, ꝙ valeat xx.alter ꝙ valeat x.vidẽtur probare de valore minoris summæ.& est etiã hæc opin. Io.And.& Cano.in c.j.de arbi.lib.vj.ad q̃d etiã vide quę habẽtur per eundẽ Arc.in l.ex facto.§.itẽ quæro.ff.de vulg. & pup. & do. Alex. de Imo.in consi.xiiij. in ij.parte.

Iuramentum obligat aliquẽ præcise ad factũ. Are.in l.si pecuniã.ff. de in lit.iu.fo.40.nu.5.Tu vero vide do. Alex.in consi.lix.in j. parte. qui te docebit, quando quis ad obseruantiam iuramenti præcise compellatur.

Iuramenti obseruatio est de iure diuino.vide ad hoc Are. in l.sciendum.ff.de verb.ob.fo.102.nu.10.& vide per Cano.in c. & si Christus.de iureiur.& vide Arc. etiam in d.l. in nu.11. vbi dicit, quòd aduersus iuramentum non datur restitutio.

Iuramentum non est inuentum vt sit iniquitatis vinculum.c.inter cętera.xxij.q.iiij.c.j.de iureiu.lib.vj.faciunt notata in c.petitio. cod. titu.in antiquis.

in Iuramẽto quolibet intelligitur excepta publica vtilitas: videtꝛ exclusa maiestas Dei, Papæ, Imperatoris:vt in c.petitio.de iureiu. ꝓbatur in l.imperialẽ.§.fi.de prohib.alie.feu.per Fede.& ibi Bal.

Iuramẽtũ impleri debet in forma specifica, nõ per æquipollens. Aret. in l.si ita quis.ff.de verb.ob.fo.165.nu.16.

Iuramentũ calũniæ præstatur post lit.cõtest. Areti.in l.ex duobus.ff. de duo.reis. fo.192.in nu.14.

Iuramentũ habet vim clausulæ, vt si nõ valet q̃d ago vt ago, valeat vt valere põt. Aret. in l.qui superstitis.ff.de acqui.hære.fo.193.nu.4.

Iuramentũ q̃n pręstatꝛ p minorẽ, debet esse duplex, videlicet vnũ sup ætate, & alterũ super obseruãtia transactionis. Arc.in l.si quis maior.C.de transac. fo.38.nu.1.

Iuramentũ extortũ per metũ à minore, & maiore, est nullũ ipso iure. Are.in autꝛ.sacramẽta puberũ.C.si aduersus vẽditionẽ. fo.55.nu.6. habes etiã ibi, ꝙ q̃libet scriptura est sufficiens in iuramẽto. Quo casu aũt iuramentũ nõ liget iurãtem, ponit ibi idem Arc.in nu.8.

Iuramentũ nõ præstatur, qñdo proceditur ex officio. Aret.in l.in omnibus.C.de iura.calum.fo.61.nu.2.

Iuramentũ calũnię, & etiã respõsio, q̃ fit positionib⁹ & articulis, fit p verbũ, credit.vide Arc.in l.principalis.C.de iura.calũ.fol.62.nu.2.

Iuramentum calumnię à principio pręstitũ operatur super tota causa, & super omnibus postea occurrẽtibus. Areti.in d.l.principalis.C. eo.fo.eo.nu.12. Cur autem inuentum sit iuramentum calumniæ, vide ibi in nu.13.

ad Iuramentũ ob defectũ & inopiã probationũ recurritur.c.fi. de iure iuran.de procu.c.ex insinuatione.c.ij. de proba.l. qui admonẽdi.ff. de iureiu.& l.in bonæ fidei.C.de reb.credi.& iureiu.

Iuramentũ secũdùm Gof. & Host.in eorũ summis ita diffinitur: Iuramentũ est assertio, vel negatio de aliquo licito, possibili, vel honesto, sacræ rei attestatiõe firmata:in autꝛ.de mã.prin.in §. sed neqꝫ in argu.in hac.Sed glo.xxij.q.j.in summa. dixit, ꝙ iurare est aliq̃d teste Deo dicere:iuramentũ est vox ipsius iurãtis, vel act⁹ ipse, vel ipsum q̃d iuratur. Archi.xxij.q.j.in §.j. sequitur diffinitionẽ Gof. & Host.& Raymũdi.Cy.in autꝛ.sacramenta puberũ.C. si aduersus venditionẽ.aliter diffiniuit:ꝙ est affirmatio vel negatio verbis expressa cũ vera religione:sed postea nõ persistit in eo, quod dixit de expressione verborũ, cõcludẽs, ꝙ expressio verbalis nõ est de substantia iuramẽti.& quęlibet diffinitio prædictarũ tolerari põt secũdùm Abb.Bal.verò in titu.de pace iuramen.firmã.in c.j.§.itẽ sacramenta.in verbo, secũdo pręmitte.dicit, ꝙ iuramentũ est dictũ assertum vel promissum, sacrę rei attestatiõe firmatũ, secũdùm fratrem Raymundũ:& est factũ apud acta Dei viuẽtis.ar.l.omniũ.C. de testa.& debet esse verũ, iustũ ex animi deliberatione, seu certa scientia ꝓcedẽs.Sed idẽ Bald.in repetitione l.ij.ff.de iureiu. dixit, ꝙ est act⁹ inuocationis, seu assumptionis diuini noĩs ad cõfirmationem veritatis:quas diffinitiones Bal.sequitꝛ D. Andreas Siculus.Diffinitur etiã alio modo ab alijs nõnullis ad hoc, vt totũ diffinitũ euacuetur:iuxta not. in l.j.ff.de test.in l.j.ff.de tut.in l.j.§.dolũ.ff. de dolo.& glo.rubricæ.& ibi Doct.extrà, de sum.trini.& fide catho. nam diffinitio debet esse cõuertibilis cũ suo diffinito, & cõstare ex genere, differentia, vel differentijs. & debet euacuarẽ totum diffinitum:vt in præallegatis locis.Iuramentũ est ergo dictum assertum, negatũ, vel promissum, de licito, possibili, & honesto sacræ rei interueniente firmatũ, quãdoqꝫ liti & cõtrouersiæ finẽ imponens, & semiplenã probationẽ inducens probationũ inopia, & aliquãdo ad innocentiam ostendendam reo traditur, & quandoqꝫ rem inualidã consolidans & confirmans.

Iurare iudicare secundùm leges, aliud est, ꝗ̃ iurare iudicare secundùm quod iustius sibi videbitur, vel melius. Arc.in l.rem nõ nouam.C. de iudi. fo.66.nu.5.

Iuramentũ nõ est seruandũ, quãdo ex eo imminet probabile periculũ vitæ iurantis. Arc.in l.pactũ.C.de colla.fo.92.nu.2.

Iuramento firmatur pactum de succedendo. Arc.in d.l.pactum.C.de colla.fo.92.in nu.3.

Ius superueniens in persona autoris, confirmat ius successoris, quando ius autoris trahitur retro. Arc.in l.omnia.si cer.peta.fo.9.nu.5.cui etiam adde ea quę d.Alex.de Imo.refert in cõsi.suo, mihi nu.176. prope finem.in ij.parte.

Ius executiuũ, quod cõtra possessorẽ semel cõpetere cœpit, extẽditur cõtra quẽlibet successorem, & similiter acta. Arc.in l.ait prætor.la ij.ff.de iureiu.§.si petitor.fo.28.nu.22.

Ius exequibile anteꝗ̃ oriatur, cùm præsupponit aliquid esse implẽdum ex parte eius, cui oritur:huius implementi exceptio semper in executione opponi potest. Areti.in l.si duo patroni.ff. de iureiu.§. Marcellus.fo.30.nu.14.

Ius actoris, quãdo ex delatione iuramenti posset diminui, circa actionem propositam, actor nõ tenetur iurare, vel referre. Arc.in l.cum qui iurauit.ff.de iure. fo.34.nu.1.

Ius superueniens in persona autoris cõfirmat obligationem, quæ fuit nulla à principio in persona successoris. Areti. in l. rem alienam.ff. de pig.act.fo. 50.nu.2.

Ius superueniẽs ex causa de præterito, pendente iudicio, cõfirmat iudicium. Arc.in l.si mandassem.ff.mandati.fo.59.nu.2.

Ius naturalis possessionis etiã à principe sine causa auferri nõ potest. Hoc autem de ciuili possessione dici non potest. Areti.in l.j.ff. de acqui.poss.fo.5.nu.20.

Iussus in persona inhabili ad vtilitatẽ iubẽtis, idẽ operatur, q̃d autoritas tutoris, ad vtilitatem ipsius personę inhabilis. Arc.in l.j.§.item acquirimus.ff.de acqui.poss. fo.8.nu.52.

Ius vere perditũ, quod perditũ nõ fuisse fingitur, dicitur retineri. Arc. in l.cùm hæredes.§.in his.ff.de acqui.pos.fo.47.nu.6.

Iura quę dicũt ex cõstituto trãsferri possessionẽ, intelliguntꝛ de vera: & per cõsequens nõ trahũtur ad fictã possessionẽ. Areti.in l.ꝗ̃uis. §.si cõductor.ff.de acqui.poss.fo.55.nu.5.

Iudæũ esse an sit delictũ: itẽ an filij Iudæorũ possint auferri à parẽtib⁹ vt baptizẽtur.vide p Arc.in l.multũ interest.ff.de verb.oblig. fol. 105.& 106.in nu.6.& 7.quęrit etiã ibi in nu.8.nũquid Hebręi sint liberi, & an eorum filij sint in dominio principum.

Ius tertio quæsitũ auferri nõ potest per factũ debitoris, etiã si nõ sit in culpa. Arc.in l.si seruum.§.de illo.ff.de verb.obli.fo.111.nu.10.

Ius quãdo cõpetit pluribus insolidũ, vnus agens præoccupat aliũ, per li.conte. Arc.in l.ex duobus.ff.de duo.reis. fo.182.nu.2.

Iudæi an subsint Imperatori, an Papæ, vide Panor.in c.j.de consti.& in c.quod super his.de voto.& ibi Inno.

Ius patronatus libertorũ ad filios præteritos, vel etiã nulliter exhęredatos transit. Arc.in l.si ita scriptũ.ff.de lib.& post.fo.37.nu.5.

Ius substituendi pupillariter pupillo ex consuetudine introductũ est. Areti.in l.moribus.ff.de vulg.& pupil. fo.70.nu.1.

Ius commune fortius est, quàm priuilegium.ita Arc.in l.centurio.ff. de vulg.

Imperator nũquid possit post mortem patris legitimare filiũ spuriũ, non obstante q̃ fuerit adita hæreditas per venientes ab intestato. vide Are.in l.testamenti facto.ff.de testa.fo.177.nu.6.

Imperator potest edere statutum priuilegiatum super rebus ecclesiæ, etiam Romanæ.Panor.in c.cum nobis. de præscrip.

Imperatori iura reseruata,in signũ specialis priuilegij possunt præscri bi tanto tempore,de cuius initio non est memoria.Panor.in c.cum nobis. Quomodo autem præscribatur aduersus Imperatorem,seu fiscum,idem d.c.cum nobis.

Imperator in spiritualibus debet habere recursum ad ecclesiã. Panor. in c.cùm contingat. de iureiu.

Imperator an possit indicere bellum,& de bello &c. Panor.in c.sicut. & infrà,de iureiu.

Imperator si mouit bellũ cõtra Papam,nunquid dicitur iustũ.ibidem.

Imperator ex officio est aduocatus ecclesiæ.ibidem.

Imperator an possit donare & alienare quæ pertinent ad Imperium. Panor.in c. intellecto. de iureiu.vbi de donatione Constantini, & alia multa pulchra.

ad Imperatorem spectat creare tabellionẽ. Panor. in c. cùm dilectus. de fide instru.

Imperator an cognoscat de vsuris.Panor.in c. cũ sit generale. de foro competenti.

Imperium merum an possit acquiri ex consuetudine vel præscriptione,vide Panor.in c.cùm contingat. de foro compe.

Italiæ ciuitates,an quæ hodie eligunt sibi duces & dominos temporales,possint licite hoc facere.ibidem.

Imperium tyrannicum,an possit præscribi. item nunquid vacante imperio currat hæc præscriptio,cùm Papa succedat in iurisdictione.vide ibidem.

Imperatoris contra potestatem an possit præscribi, vt ei quis nõ subsit, ibidem,

Imperator habet iurisdictionẽ in toto mũdo, ideo in eo habet locũ il lud,Vbi te inuenero,ibi te iudicabo.Panor.in c.licet.ij.de fo.cõpe.

Imperator vbicunq; est,dũmodo locus sit sibi subiectus,censetur Roma,vt possit quilibet coram eo conueniri: & an habeat iurisdictionem in vrbe.Panor.in c.licet.ij. de foro compe.

Imperatoris lex in temporalibus ligat quoscunq;, quia ipse est totius mundi dominus. Are.in l.cunctos populos.C.de summa trin.fo.2. nu.3. dicit etiã ibi in nu.4.quòd Imperator dicitur immediate esse ab ipso Deo.

Imperator cùm sit inferior,potest ligari à Papa,sed nõ ligare. Panor, in c.j.de no.ope.nun.

Imperator in concernentibus animam est ipsi Papæ subiectus,& debet eius leges obseruare.Panor.ibidem.

Imperij electores vnà cum imperatore nõ possunt mutare formã pro statu Imperij generaliter constitutam. Bal.in c.licet.de elect.in fi.

Instrumentum in iudicio productum,quod pars negat, non facit rem esse liquidam & notoriam,nisi sit instrumentũ guarentigiæ, quod habet executionem paratam vt sententia. Are.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poss.fo.35.nu.28.

Institutio seu exhæredatio filij est introducta pro formali solennitate: ideo voluntate filij tolli non potest. Areti.in l.si filius.ff.de lib.& posthu. fo.30.nu.3.

Institutio facta simpliciter, quę nõ põt valere pure, intelligitur facta sub cõditione,sub qua actus poterit valere. Are. in l.si quis posthumos.§.sed si ex ea.ff.de libe.& posthu.fo.33.nu.11.

Institutio in vna re facta,trahitur ad aliã,de qua si testator cogitasset, idem verisimiliter fecisset. Are.in l. Titius testamẽto.§. Lucius.ff. de libe.& posthu.fo.44.nu.7.

Institutio facta de filio sub conditione causali quãdo valeat. vide Are. in l.filius à patre.ff.de lib.& posthu. fo.44.nu.1.

Instituti nõ expectãt præteritos,nisi vsq; ad annũ. Are. in l.vẽtre.ff. de acqui.hære.fo.181.& 182.nu.5.dicit etiã ibi in nu.6.q̃ institutus in re certa non est proprie hæres: vbi est alius vniuersalis.

Instrumenta cõmunia pluribus penes digniorem stare debẽt, Aret.in l.procurator.C.de eden. fo.12.nu.1.

Instrumẽtum cõtractus an probet de alio cõtractu,nõ facto corã eodẽ notario.vide Are.in l.si quis in aliquo.C.de eden.fo.12.nu.1.quærit præterea ibi in nu.4. nunquid releuatio instrumenti fieri possit sine citatione partis.

Instrumenti pars potest fidem facere , licet non edatur totum instrumentum.Are.in l.ex conuentione.C.de pact. fo.18.nu.3.

Institutus in legitima habet quotam hæreditatis. Are. in l.si quis suo. C.de inoffi.testa.fo.73.nu.3.

Institutio facta de filio in legitima,licet sit incerta,valet. Are. in l.scimus.C.de inoffi.testa.fo.74.nu.1.

Institutus in re certa, dato sibi cohærede vniuersali, habetur legatarij loco.Are.in l.quoties.C.de hære.insti. fol.105.nu.2.

Institutio vna,quãdo nõ põt sustẽtari sine alia, etiã illa videtur esse facta,vide Are.in l.cum in libris.C.de hære.insti.fo.105.in nu.3.

Implementũ etiã si sit cœptũ,ex parte tamẽ eius q̃ pfecte impleuit,habet locũ pœnitẽtia,& competit cõdictio ob causam.Are.in l.si pecuniam.§.si seruum quis.ff.de in lit.iur.fo.40.nu.11.

Implementũ quãdo efficitur impossibile ob culpã implere debẽtis eã, non habetur pro secuta, sed pro defecta. Are.vbi s. in nu.13.

Impedimentũ superueniens in persona obligati, ad aliquid faciendũ, excusat,nisi domino denunciet. Areti. in l.si quis alicui.ff.manda. fo.60.nu.3.

Impeditus adire hæreditatẽ ex causa iusta, quę ex facto testatoris non prouenit,nõ cõseruatur illęsus ipso iure:sed opus est,q̃ petat restitutionẽ in integrũ. Are.in l. Pãtonius.ff.de acq.hære.fo.185.nu.5.

Immiscere ex proprietate verborũ dicitur esse suorum, adire verò hęreditatem extraneorum.

Impensa facta per matrem , vel domesticum , circa personam pupilli, in dubio videtur donari. Are.in l.cùm tutores.C.de neg.ge.fo.50. nu.2.& dicit etiã ibi,quòd mater si facit expensas in petendo tutorem filio,potest illas repetere.

Imperfectum dicitur testamẽtum,quod nõ habet formã esse completam. Are.in l.posthumo.C.de bo.poss.cõtra tab.fo.86.nu.4.

Inquilinus dicitur,q̃ cõducit ædes siue in ciuitate,siue extra, dũmodo nõ sint cõstitutæ causa recipiendorũ fructuũ,sed ad habitandũ conducantur. Are.in l.re pignoris.nu.1.& ibi dicit, quòd colonus dicitur ille, qui conducit agrum siue in ciuitate , siue extra ciuitatem.

Inquilinus cùm deserit habitationẽ , potest peti pensio incontinenti præterita & futura. Are.in l.diuortio.ff.sol.mat.fo.14.nu.6.

Iracũdia vtrũ habeat tollere,siue minuere peccatũ , ita q̃ peccans non puniať,secũdùm formã c.ij.de maledicis. Host.in summa,in titu.de maledicis.distinguit,q̃ aut est talis iracũdia,quę habet tollere mentem, & eã offuscare: & tũc minus peccat.aut nõ habet offuscare,& tũc peccat,& debet puniri iuxta formam d.c.ij.de maledi.

Ira est accẽsio sanguinis circa cor.& dicit Philosoph⁹ ij. Ethi. q̃ difficilius est pugnare cõtra volũtatẽ,q̃ cõtra irã. & dicit Gregorius sup Ezechielẽ, Mẽti furore ebrię oẽ q̃d rectũ dicif, puersum videtur. Propterea extãt apud Gręcos carmĩa quędã,quę nos admonẽt ab huiusmodi affectu cauere:inter quę est illđ aureũ, ζήσεις βίον κράτιστον, ἂν θυμὸν κρατῇς: hoc est, viues vitã optimam, si iræ imperaueris. & alter versus etiã nõ min⁹ vtilis est hic, οὐδεὶς μετ᾽ ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται: id est,nullus cũ ira tuto deliberat. Inde etia dixit diuus Hieronymus Quid iracũdo furor suus confert, quem sæuissimis exagitatũ stimulis conscientiæ, ita ab omni consilio ac mẽte deturbat, vt dum irascitur,insanire credatur?

Irregularitas nomẽ deducit à regula:quã quidẽ statuit Apl̃s seruãdã circa ordinãdos:inde ei⁹ cõtrariũ dicif irregularitas.i. cõtra regulã.

Irregularis an sit clericus,scribẽs literas simpliciter, vt aliqs capiať: & postmodũ talis captus vigore ipsarũ literarũ decapitatur, vel mutilatur ei membrum. Dic.q̃ si sciebat mortem inde secuturam,vel mutilationẽ membri, efficitur irregularis, quia scribendo videtur dare operã rei illicitæ:ideo est in culpa, & efficitur irregularis.c.sicut dignũ.de bo.Abb.in c.sententiã sanguinis. ne cleri.vel mona.

Irregularitatẽ nõ incurrit interessens vbi fit maleficiũ.s. decapitatio vel trũcatio alicuius mẽbri,nisi præstet auxiliũ,vel fauorẽ,vel autorizet:licet peccet mortaliter. Inno. in c.sententiã sanguinis. ne cle.vel mo.& Host.& alij Doct.ibi communiter sequuntur.

Irregularis an efficiatur exercẽs artem chirurgiæ, siue sit clericus, siue laicus,vide Ab.Si.plene in c.sententiã sanguinis.ne cle.vel mo.& ibi Doc.qui distinguũt,an sit sequuta mors, vel trũcatio mẽbri,vel nõ:si nõ est sequuta,nõ incurrũt irregularitatẽ : si vero est sequuta mors,vel truncatio membri,& tunc dic aut est clericus,& incurrit irregularitatẽ:aut est laicus,& nõ est in culpa propter suam negligentiam,vel inscitiam,vel aliter,& nõ incurrit irregularitatẽ:sed si cõscientia eum remorderet,cauere debet, ne ordines accipiat: vide de hoc plene Ab.Sicu.in d.c.sententiam.& vide tex.in c.ad aures. de ęta, & quali.

Insinuatio qñcũq; requiriť in donatione,vel in cõtractu, tũc si donatio fiat corã iudice deputato ad insinuãdũ,nõ requiriť alia insinuatio:secus si fiat corã alio,q̃ nõ est deputatus ad hoc. ita habetur per Are.in l.si tibi.si cer.pe. fo.17.nu.8. pro quo tñ articulo vide oĩno Bar.in l.Modestinus.ff.de dona.& d.Alex.de Imo.in cõsi.cliiij.in ij.parte. vbi ponit, q̃d sit insinuare donationẽ, & nũqd insinuatio sit act⁹ volũtariæ iurisdictionis,& an iudex possit esse notarius & iudex in eodẽ actu donatiõis,vide etiã do. Bal.in l.illud.C. de sac. san.eccle.& etiã in l.si libellũ.C.de diuer.rescri.& etiã in l.oĩm.C. de testa. Quę aũt sit cã insinuationis,vide p Io. An.in addi.Spe.de instru.edi.§.porro.ver.dona.& p Bar.in d.l.Modestinus.de dona. Insinuatio aũt quare sit inuẽta,docet Pau.de Cast.cõsi.ciij. & cõsi. xcviij.nec põt ei renũciari.Old.cõsi.clxxiij.& ad hæc adde d.Pe. Phi.Cor.in consi.lxxxj.incipien.in hac.in litera i. in ij.parte. & in consi.xiij.inci.videtur.in litera c.& f.in iiij.parte.

Interpellatio cõstituit debitorẽ in mora,siue sciat se debitorẽ esse,siue debeat scire:q̃a paria sunt scire,vel scire debere.ff.si cer.pe.in l.q̃d te mihi.& ibi Frã. Are.fo.7.nu.4.& vide etiã Bar. ibidẽ in fi. & vide Doc.& Io.de Por.in l.semel mora.so.ma.& in l.vinũ. p glo. & Doct.

Doct.si cer.pet.& l.j.§.nũciatio. de ope.no.nun. An aũt interpellatio negotiorũ gestoris constituat debitorẽ in mora, vide Bald. in l. qđ te.x.col.si cer.pet.& Bar.Alex.Doc.& Io.de Por.in l.si seruũ. §.nunc videamus.de ver. obli. Interpellatio autem facta per alium sine mãdato, & etiam sine cautione rati, siue iudicialis, siue extraiudicialis, nõ cõstituit debitorẽ in mora: ita d.Bart.in l. si ex legati. de ver.ob.& in l.qđ te.si cer.pet. Quãdo aũt interpellatio cõstituet in mora debitorẽ facti alieni, vide Bar.& Alex. in l.quod te.si cer.pe.

Interesse intrinsecũ vbi nõ cadit in re, ibi cadit interesse extrinsecum. Are.in l.nummis.ff. de in li.iu. fo.37.nu.2. cũ quo perbelle cõcordat tex.in l.iij.§.fi.ff.de eo qđ cer.lo.vbi probat̃, ꝙ nedũ habet̃ ratio interesse dãni emergẽtis, sed etiã lucri cessantis: quod etiã tenet Bar.in d.l.nũmis.ff.eo.nõ adhęrẽdo glo.ibi.cõtrariũ sentienti. Sed qm̃ pulchrũ est scire, an & qñ peti possit interesse lucri cessantis: remitto te ad Frã. Are.q de hoc in duob⁹ suis cõsilijs meminit: videlicet in cõsi.lxx.& etiã ĩ cõsi.clxvij. Et si scire cupis, nũqd vsura peti possit tanq̃ interesse lucri cessantis: regras quę scribit d.Bar.Soci.in cõsi.clxxiiij.incip.pro facto.in ij.parte.& vide Domi.late post beatum Tho.& Lau.de Rodul. & plures alios in c.quanq̃. in prin.ij. col.de vsu.in v.& est glo.in c.cõquest⁹.de vsu.quę dicit, ꝙ peti põt interesse dãni emergẽtis, & lucri cessantis: & tenet ibi Ioã.de Ana. in iiij.col.& ibi Abb.& copiosius idẽmet Abb.in c.cùm venera.in vj.colla.de except.& Inno.in c.in sacro.in ver.interesse. de sen.ex com.& vide quæ ponit Abb.in consi.xxxix.incipien.illud de iure quæritur.in ij.volu.& vltra supradictos vide Fely.in c.P. & G. de offi.& pote.iudi.deleg.in prin.

Interpellatio quę cõstituit debitorẽ in mora, est tanti effectus, ꝙ perpetuat obligationẽ, quãdo est præfinitũ tempus ab homine. Aret.in l.si mandato.§.ille illi salutem.ff.mandati. fo.62.nu.3.

Interdictum, quod vi aut clã, & interdictũ, vti possidetis, qualiter inter se differant.vide Are.in l.clã possidere.§. qui ad nũdinas.ff. de acqui.poss.fo.25.nu.10.

Interdictum directum nõ datur pro iuribus incorporalibus, sed vtile. Are.in l.naturaliter.ff.de acqui.pos.fo.29.nu.2.

Interdictum nullum competit pro recuperatione rerũ immobilium, cõpetit tamen pro adipiscenda possessione rerum mobiliũ, & pro retinenda remedium possessorium. Aret.in l.rem quæ nobis.ff.de acqui.poss.fo.40.nu.4.

Interlocutoria illa habet vim diffinitiuæ, quę principale negociũ diffinit. Are.in l.stipulationũ aliæ.ff.de.verb.obli. fo.83.nu. 3.

Interpellatio extraiudicialis nec perpetuat, nec interrũpit præscriptionem contra ius competens actori.vide per Are.in l.si seruum.ff. de verb.oblig.fo.111.nu.14. & ad hoc etiam vide ibi nonnullas fallentias, in nu.15.16.17.& 18.

Interpellatio antecedẽs põt pertinere ad iudiciũ futurũ duob⁹ modis. Are.in l.si seruũ.§.nũc videmus.ff.de verb.ob.fo.112.nu.22.

Interlocutoria quo casu nõ possit reuocari.vide Are.in l.qui ex pluribus.ff.de verb.ob.fo.118.nu.2.

Interpellatio ad cõstituendũ aliquẽ in mora, nõ videtur sufficere, si sit vnica, sed plures requirũtur.vide Are.in l.qui Romę.§.cohęredes. ff.de ver.ob.fo.140.nu.10.vide etiã ibi in nu.11.ꝙ interpellatio facta tutori constituit pupillum in mora, & sibi pręiudicat.

Interpellatio quę fieri debet superiori, debet esse trina, ad conuincendam eius negligentiam. Are.in l.qui Romæ.§.Seia hęres.ff.de ver. oblig.fo.141.nu.22.

Interpretatio fauorabilis dicit̃ ea, quę excludit odiũ, etiã cũ annullatione actus.ita Aret.in l.nominatim.ff.de libe. & posthu.fo.26.nu.2.

Interesse nũquid possit declarari per testes, quãdo nõ põt fieri probatio debiti, nisi per scripturã. Are.in l.Gallus.§.idem credendum.ff. de lib.& posthu.fo.50.nu.12.

Interdictio aquę & ignis extinguebat iura ciuilia in eo, qui taliter erat condẽnatus.cuius loco successit hodie deportatio. Are.in l.Gallus. §.& quid si tãtum.ff.de libe.& posthu.fo.50.in nu.13.

Interpretatio priuilegij vel statuti regulariter pertinet ad cõditorem ipsius statuti, vel priuilegij.vide Are.in l.ex facto.ff.de vulg. & pupil.fo.112.& 113.in nu.3.& 4. & vide eundem in nu.5.vbi dicit, ꝙ in interpretatione priuilegij attendi debet principaliter ipsius concedentis mens.

In interesse æstimabili interest nostra, vt id quod debetur de iure prætorio, debeatur etiam de iure ciuili. Aret.in l.sinautem.ff.de lega.j. fo.248.nu.2.

Interdictum generale licitũ est episcopo sine canonicis, & econtra ponere. qđ est verũ, si id habet cõsuetudo, sed de iure cõi vnus absq; altero non põt de his quę fiunt à maiori parte capituli.c. quęsiuit, de excessibus prelato.c.j. De potestate autẽ suspendendi ecclesiam, an cõsuetudo illa canonicis dari possit, seu capitulo, habetur in c.irrefragabili.de officio ordi.& eo.tit. si canonici.in vj. An aũt ciuitate interdicta intelligantur suburbia interdicta, dic vt habetur in c. si ciuitas.de sen.excõ.in vj.& an tũc personę loci intelligãtur interdictæ, dic vt habetur eo.tit.c.si sententia.in vj.& vide Bal.qui allegat Inno.in c.cùm inter. de consue.in l.cũ alijs.C.de cura.furio.& no. ꝙ licet episcopus nõ possit directe ecclesiam exẽptam interdicere, tamen interdictum generaliter in loco prolato per episcopum etiã exẽpti seruare tenẽtur ex iuris dispositione, facit de priuile.c. tuarum.& sic indirecte quodãmodo episcopus interdicit ecclesiã exẽptam.& sic intelligit d.Io.de Imo.in c.cùm inter.de consue.dictũ d.Anto.inquantũ notat ibi casum, in quo exẽptus ligatur sentẽtia ordinarij. quia illud nõ est verũ immediate, sed ex dispositione iuris. Vnde hodie excõicati sunt religiosi, & exẽpti, qui nõ seruãt interdictum, quod seruat cathedralis ecclesia, per cle.ex frequẽtibus. de senten. excom.

Introductũ ad beneficiũ principaliter alicuius, nõ debet retorqueri in eius odiũ. Are.in l.quãuis.ff.de pig.act. fo.47.nu.1.

Inuecta & illata in domũ conductã sunt tacite obligata pro pensione. Are.in l.solutũ.§.solutã.ff.de pig.act.fol.47.nu.9. Lud.autẽ Rom. in sin. suis, sin.ccclxxxvj. dicit, ꝙ inuecta & illata per inquilinum & colonũ sunt pro pensione tacite obligata: vt l.certis.C.loca.cum simi.sed tamẽ diuersimode in colono, & inquilino, & inquilinus & colonus possunt alij locare. Sed an inuecta & illata per secũdum cõductorẽ sint tacite obligata primo locatori, dic ꝙ nõ. casus est singularis in l.sed & si in le.§.colonus.ff.loca.hæc ille.vide etiã eundẽ in sin.ccxxxiij.inci.tu scis ꝙ inuecta & illata. & vide Bal.in l.certi iuris.in iij.q.C.loca.

Iudex debet ꝑ quẽcũq; modũ possibilẽ conari, & varijs ac diuersis modis eruere veritatẽ.ita colligit Are.ex tex.in l.iij.§. eiusdem quoq; principis.iuxta si.ff.de test. vbi Callistratus inqt, Aliàs numer⁹ testiũ, aliàs dignitas & autoritas, aliàs velut cõsentiẽs fama cõfirmat rei de qua q̃ritur fidẽ. Hoc ergo solũ rescribere possum summatim, nõ vtiq; ad vnã ꝓbationis speciẽ cognitionẽ statim alligari debere, sed ex sententia animi tui te æstimare oportet, quid aut cui credas, aut parũ ꝓbatũ tibi opineris &c. Vñ dicit Are.in l.j.de re.cre. nu.12.3.ma.& ẽt nu.13.ꝙ qñcũq; iudex põt ꝑ eãdẽ speciẽ ꝓbatiõis hr̃e gradũ certitudĩs, de eo, qđ ius p̃sumit, vtrũ sit, vel nõ sit: semꝑ iudex q examinat testẽ, debet hoc inqrere: alioquin testis nõ dicet̃ sufficiẽter examinat⁹: & ꝓbat̃ ꝑ tex.in c.cũ cãni.extrà, de testi.&c.

Iudex bonus debet oĩno, quantũ in se est, conari, vt lites dirimant̃: nõ põt tñ cogere partes ad cõcordiã.ita dicit Are.in l.quidã. si cer.pet. fo.17.nu.2.& dicit ibi Pau.de Cast.super verbo, lites dirimere. colligi ex illo tex.quòd iudex actorẽ nolentem recipere quinque, sed potius litigare, nõ audiet, sed reum absoluet ab obseruatione iudicij, & pecuniam oblatam deponet in loco tuto: vt ff. de procura.si reus paratus.quæ est no.ad hoc.& Instit.de perpe.& temp.ac.§.fi. & periculũ pecunię ꝑtinebit ad actorẽ tanq̃ morosum: vt ĩ d.l.qdã. in prin.glo.magnæ.& l.qui decẽ.in prin.ff.de sol.& dicit text. illũ facere ad propositum, ꝙ iudex compellere possit partes ad cõpromittendũ, qñ videt ꝙ per viã iudicij vel sentẽtiæ nõ possit bene se dari dissensio inter partes: & ꝙ sit oriturum inter eas scandalum, prout sæpenumero contingere solet.arg.in l.æquissimũ.in prin.de vsufr.ff.aliàs secus.& ita intelligi debet, quod no.Bar.de infa.l.fur. §.qui iussu.& Bal.C.de sen.l. ex stipulatione. qui dicunt iudicem, nõ posse cõpellere ad cõpromittendũ, licet secus sit ad pacem faciẽdam, ne veniãt ad arma. Princeps verò, qui nõ habet superiorem, bene cõpellit interdũ partes inuitas ad compromittendũ: vt c.cùm inter R.seniorẽ. de elect.& valẽt statuta, quæ compellũt ad compromittendũ, tanq̃ cõcernentia publicã vtilitatẽ: vt no.Bal.in proœmio suo.in prima consti.C.hęc ex Pau.de Cast. An aũt sit iudicis officiũ tractare concordiã inter litigãtes, vide Alexã.in l.athletas. §.itẽ si quis.de infamibus.& melius in l.æquissimũ.ff.de vsu.

Iudex sentẽtiã ꝓferẽs hoc modo, vt in tali instrumẽto cõtinet̃, nõ valet ista sentẽtia, qñ instrumẽtũ nõ est ꝓductũ in actis: qa est incerta.ita dicit Are.ĩ l.cùm ad p̃sens.si cer.pe. fo.26.nu.4. & est singulare dictũ, & p̃cordijs insigẽdũ: & facit aliqualiter ad hoc qđ dicit Bar.in l.principalis.§.qđ obseruari.in ver.vlterius.vbi q̃rit an admittat̃ hęc r̃nsio, credo vt ĩ instrumẽto cõtinet̃, & refert Speculatorẽ tenere ꝙ sic, in positiõe fit mẽtio de instr̃o, vt no. Spe.de testa.§. quafr.ver.qd ergo.& ver.cęterũ. & est dictũ notabile & quotidianũ, cui addas eũdẽ Spe.in ti.de instr.edi.§.nũc.ver.qd si qs. & Bal.ĩ l.ij.C.de erro.aduo.& in l.Aristo.ff.de iure deli. Pręterea oĩno extra semitã ibim⁹, si apponem⁹ ẽt hic id qđ scribit idẽ Bal. ĩ l.si qdẽ. C.de exce.ver.ibi extitisse.q ita dicit no. ꝙ cũ aliqd cõditionale deducit̃ ĩ iudicio, debet cõditio liqdari ad hoc.de ver.ob.l.sed vbi casus singu.& ꝓbat̃ multis alijs ll.& r̃onibus: & ideo instr̃m cõditionale nõ meret̃ executionẽ.& vide ꝓ hui⁹ dicti cõfirmatione eũdẽ Bal.ĩ l.cũ testõ.ĩ fi.s.de test.ma.& Bar.in repe.l.ij. in iij.q. de pig.

Iudex super notorio supplet ex officio, etiam nõ petẽte vel opponẽte parte. Are.in l.lecta.si cer.pe. fo.23.nu.17.

Iudex in causa criminali põt ex officio inducere ꝓbatiões & interrogare. Are.in l.si duo p̃roni.§.idẽ Iulianus.ff.de iureiu.fol.30.nu.8.

Iudicis & testatoris factum æquiparatur. Are.in l.non est.ff. de pign. actio.fo.49.nu.1.

Iudex qñ procedit ad vlteriora, & tacite pronunciat super incidenti: sentētia ista non nocet, si incidēs illud postea deducat̃ principaliter in iudicio. Are.in l.quod in diē.ff.de compen.fo.53.nu.1.

Iudiciū præparare dicit̃ ille, qui protestatur se paratū esse agere ꝓ iure suo. Are.in l.possideri.§.si seruus.ff.de acqui.pos.fo.20.nu.45.

Iudex licet causa cognita cōcedat securitatē ex causa, ex qua nō deberet cōcedere, tamē concessio valet. ita tenet Bar. in l. is qui reus.ff. de publi.iudic.tu vide per Are.in l.possideri.§.si seruus.ff.de acqu. pos.fo.20.nu.53.

Iudex ex officio proprio si videt se deceptū, in interpositione Decreti pōt illud retractare. Are.in l.iuste.ff.de acqui.posses.fo.28.in nu.2.

Iudex licet habeat arbitriū à statuto procedēdi libere, vt vult: nō poterit tñ reijcere exceptionē ordinis, qñ exceptio illa fundat̃ super mero iure positiuo. Are.in l.naturaliter.ff.de acqui.poss. fo.33. nu.18.

Iudex qñ procedit simul & semel super declinatoria, & super meritis causæ, ista repugnātia faciūt processum nullū, si fiat corā eodē iudice: secus si corā diuersis iudicibus. Are.in l. naturali.§. nil cōmune. fo.34.nu.21. & limita hoc dictum vt ibi in nu.22.& 24.

Iudex pōt cogere partes ad concordiam, quādo timet ne ex discordia veniant ad rixam & arma. vide Are.in l.stipulationū.§. ex his igitur.ff.de verbo.obliga. fo.76.nu.12.

Iudex qui est factus inimicus meus, ex mea culpa nunquid recusari possit. vide remissiones datas per Are. in l. stipulationum.§. item si in facto.ff.de verbo.obliga.fo.78.nu.17.

Iudex qñ procedit ex officio inquirēdo, sentētia sup inquisitione lata est diffinitiua. Are.in l.stipulationū aliæ.ff. de ver.ob. fo.83.nu.2.

Iudex qñ facit præceptū super notorio, illa dicitur esse interlocutoria. Are.in d.l.stipulationum aliæ.ff.de verb.ob.fo.83.nu.4.

Iudex vidēs adultū nō habētē curatorē velle cōtrahere, & dubitat eum nō decipi, pōt recipere sibi specialiter, & prohibere ipsum alienare rem suam. Are.in l.is cui bonis.ff.de ver.obli.fo.86.nu.3.

Iudex debet semp̄ præ oculis æqtatē habere: vt l. qđ si Ephesi petat̃. §.in summa.ff.de eo qđ cer.lo.ibi em̄ Vlp.ita dicit in summa, Aeqtatē quoq; añ oculos habere debet iudex, q huic actioni addict⁹ est. hoc idē refert Are.in l.is cui bonis.ff.de ver.obli.fo.86.nu.4. Hinc dicebāt antiq, ꝙ summū ius est summa iniuria: debet em̄ iudex nō nūq; legis rigorē moderari, neq; ad vnguē velle oīa exeq: nā cū qd dubiū est, quo factū sit aīo, debem⁹ poti⁹ in mitiorē & beniguiorē partē illud interpretari, q̃ in deteriorē. Propterea diuus Augustinus in li.de sermōe Dñi in mōte, sup illud Matthęi: Nolite iudicare & nō iudicabimini &c.ita ait: Hoc loco nil aliud præcipi existimo, nisi vt ea facta, quę dubia sunt, quo animo fiāt in meliorē partē interpretemur: de his aūt q̃ nō pñt bono aīo fieri, sicut sunt blasphemiæ, & huiusmodi, nobis iudicare permitti͡t: de factis aūt medijs, q̃ pñt bono & malo aīo fieri, temerariū est iudicare, vt condēnemus.

Iudex pōt de conditione testis se informare ex officio ad instruendum conscientiam suam, quantum ei credere debeat. Are.in l.in illa.ff.de verbo.obli.fo.89.nu.5.

Iudex qñ scit agentē sine actione agere, vel actor ipse hoc scit, sciētia & processus est nullus. Are.in l.si Titius.ff.de ver.obl.fo.90.nu.3.

Iudex in dubio, & etiā cōsultor, & aduocat⁹, debet adhærere opinioni habēti æquū. Areti.in l.si seruū.§.sequitur.ff.de ver.ob.fo.111.nu. 12. Quot aūt modis dicatur æquitas, vide Cy.in l.j.C. de legi.

Iudex qñ vult declarare bene iudicatū, & male appellatū, satis est ꝙ pronunciet appellationē iustam. Are.in l.qui Romæ.§.Seia hæres. ff.de verb.ob.fo.141.nu.20.

Iudex debet inuestigare personæ qualitatē, antequam concedat eius capturam Are.in l.solu.matri.ff.sol.matri. fo.6.nu.7.

Iudex vel arbiter potest ferre sententiam in tertia persona. Are.in l.diuortio.ff.sol.matri.fo.13.nu.5.

Iudex vbi nō tenet̃ acceptare delegationē, videt̃ ꝙ nō solū si ignorat, sed etiā si sciat, nō acquirat̃ sibi iurisdictio, nisi post literarū præsentationem. Are.in l.sed & si de sua.ff.de acqui.hære. fo.155.nu.2.

Iudiciū iniuriarū ciuiliter vel criminaliter intentatum est famosum. Are.in l.decuriones.C.ex qui.cau.infa.irro.fo.44.nu.1.

Iudex ex officio suo, in his q̃ sunt iuris, pōt supplere, parte nō petēte: in his verò q̃ sunt facti, supplet ex officio suo parte nō petēte, si sint notoria. Aretin.in l.dubitandum. C.vt quæ desunt aduo. fol.42. nu.1.

Iudex an possit procuratorem priuare ab administratione. Areti.in l. eum qui res.C.de procu.fo.45.nu.2.

Iudex qui ciuiliter cognoscit de delicto, si constat sibi de crimine, potest criminaliter reū punire. Are.in l. si post decretū.C. si aduer.liber.fo.56.nu.3.

Iudex nō debet instruere partē, qñ respōdet positionibus & articulis. Are.in l.cùm & iudices.C.de iura.calum.fo.61.nu.2.

Iudex incidēter pōt cognoscere de eo, cuius cognitio principaliter sibi nō competit. Are.in l.quoties.C.de iudicijs.fo.63.nu.1.

Iudicis est curare ne instantia deferatur. Are.in l.properandū.C. de iudicijs.fo.64.nu.4.habes insup ibi, quòd instantia criminalis causæ finitur biennio: ciuilis verò triennio. item quòd instantiæ terminus incipit à contestatione.

Iudex non debet contra contumacem procedere, nisi parte petente. Are.in d.l.properandum.C.de iudicijs. fo.64.nu.8.

Iudæi ad fidē cōuersi, retinere pñt bona sua, nec priuari illis debēt: qa mutāt statū in melius: & sic Iudæi habēt dominiū rerū suarū. facit qđ notat Inno, in c.sup his.extrà, de vo.& sic habetur extrà, de Iudæis.c.Iudæi.vbi ille tex.facit contra cōem opinionem vulgarium, qui dicūt, ꝙ Iudæi cōuersi nō possunt retinere bona: imo debēt distribuere inter pauperes. Sed illa opinio inualuit: quia vt plurimū Iudæi habēt bona quæsita ex vsuraria prauitate, q̃ retinere nō possunt: in c.cùm tu.extrà, de vsur. Idē dicas, si res eorū mobiles sunt furtiuæ, vel īmobiles violētæ.xiiij.q.vj.si res aliena. Sufficeret tñ, si caueret de istis restituēdis, p̄ id qđ habet̃ in c.quāq̃. de vsur. lib. vj.de quo etiā habet̃ p̄ Doc.ī c.debitū.š.de baptismo.vbi etiā habetur qd iuris, si Iudæ⁹ baptizat seipm, & postea vult pœnitere, vtrū possit? & cōcludit̃ ꝙ nō. Nec obstat p̄dictis, si dicat̃, in baptismo oīa peccata delētur.extrà, de diuor.c.gaudem⁹. qa hoc est verū, quantū ad Deū, sed quantū ad homines, quib⁹ baptizatus erat obligat⁹ ex delicto, vel cōtractu, nō liberat̃: qa propter baptismū nō extinguūtur actiones alijs cōpetentes: vt notat̃ in d.c.gaudem⁹.vbi gloss.& Doct.& xxvj. dist. Deinde & pro prædictis etiā facit qđ habet̃ de cōse.di.iiij.c.Iudæi.vbi gl.notabiliter dicit, ꝙ Iudæus vsurarius nō debet baptizari, nisi vsuras restituat, & pondera illū tex.& eius rationem. & etiā tex.& eius rationē in c.ne qđ absit.ea.dis.in quibus habet̃, q̃to tp̄e debeat stare Iudæus catechumen⁹ anteq̃ baptizet̃.

Iudæi sunt sub Romano imperio. Panor.in c.ex literis.de conuer.inf.

Iudæi filius fact⁹ Christian⁹, nūquid possit petere sibi assignari legitimam in bonis patris viuētis? videt̃ ꝙ nō, quia Iudæi vtuntur cōi iure Romano, & secundùm leges & iura ciuilia debēt eorū causas decidere.l.Iudæi Romano.C.de Iudæ.facit quod no.gl.j.di.c.ius Quiritū.vbi colligit̃, ꝙ Iudæi sunt fideles, & subiecti Ro. imperio. facit etiā qđ no.gl.viij.di.c.fi.vbi habet̃ etiā p̄ Archidia.an & qñ Iudęi legib⁹ ligent̃. Sed secūdùm leges, & iura ciuilia cōis opi.videt̃ esse, ꝙ filius in vita p̄ris nō pōt petere legitimā. p̄ id qđ no.Bar. & alij Doct.in l.is potest.ff.de acqui.hære.l.fi.ff. de lib. agnoscen. in l.j. §.si impuberi.ff.de colla.bo.vbi bonus tex.in l. post emancipationem.ff.de libe.leg.no.etiā in c.Raynutius.extrà, de testa.in x.col. secūdùm Io.de Imo.& pro ista parte vidi consultum. In contrariū facit: qa sicut pater & mater infidelis tenet̃ filiæ orthodoxæ.i.fideli p̄stare dotē, & filio Christiano pręstare donationē, ꝓpter nuptias, & vtriq; alimēta secūdùm facultatē p̄rimonij, vt apte dicit tex.in l. cognouim⁹.C.de hæret.vbi Sali.dicit no.cōtra Iudæum, q nō vult præstare alimēta filio Christiano. facit etiam quod notatur in l.mater pro filia.C.de iure dotiū.vbi glo.dicit, quod mater hæretica tenetur dotē dare filiæ orthodoxæ: & Bal. ibi dicit idem in matre vidua: qa si filia efficitur Christiana, tenetur mater eam dotare, & alimentare: quia filij Iudæorū ad fidē Christianā cōuersi, debēt à parētibus ali: allegat qđ habet̃ in c.fi.de conuersione infideliū. Eadē ratione videt̃ posse dici fauore Christianæ fidei, & in odiū Iudæorū, ꝙ possint cogi parētes ad tradēdū legitimā in eorū vita. & pro hoc facit optime tex.in c. Iudæi.extrà, de Iudæis. inquantū simpliciter mādat cōuersis ad fidē exhiberi ex integro possessionē hęreditatis, & bonorū suorū: nā ex quo simpliciter loquit̃, videt̃ posse intelligi etiā in vita parentū.ar.xviij.dist. si Romanorū. in l.de pretio.ff. de Publiciana.& melius probat ille tex.in c. Iudæi. vbi videt̃ hoc expressum in verbo, melioris cōditionis: nam si debet expectare mortem parentū, nō erūt melioris cōditionis cōuersi, quàm nō cōuersi: cuius cōtrariū vult ille tex.expresse. Et ista pars videt̃ mihi tutior & æquior fauore Christianæ religionis, pro qua multa statuunt̃ cōtra rōnē & iura cōia: iuxta id qđ habet̃ in c.fidei fauorē.de hęret.li. vj.& no.xiiij.q.ij.super prudētia.& potissime istud procedit, qa donatio propter nuptias nō est hodie cōiter in vsu: ideo loco eiusdem donationis pōt dici, ꝙ pater teneat̃ dare filio legitimam, quæ succedat loco illius. facit qđ habetur in authen.res quæ.C. cōmu.de leg.

Iudex ob neglıgētiā vel denegationē iustitiæ nō est officio priuādus. Are.in l.properādum.C.de iudi.fo.65.nu.17.

Iudex qñ ab obseruatione iudicij absoluit, exprimere debet causam in sentētia. Are.in d.l.properādum.C.de iudi.fo.65.nu.18.

Iudex in discussione causæ tenetur Deum præ oculis habere. Aret.in l.rem non nouam.C.de iudi.fo.66.nu.1.

Iudex qui parte petēte nō condēnat in expēsis, directè vel indirectè facit litem suam. Are.in l.sancimus.C.de iudi.fo.66.nu.3.

Iudicis monitio habet vim præceptorij. ita Are.in d.l.sancimus.C. de iudi.fo.66.nu.4.

Iudex recusat⁹ & delegatus potest implorare auxiliū ordinarij, vt suā exequatur iurisdictionē. Are.in l.apertissimi.C.de iudi. fo.66.nu. 2.habes itē ibi in nu.4. ꝙ vbi nō appellat̃, ibi iudex non recusatur.

Iudex allegatur suspectus, quādo fuit aduocatus partis aduersæ in illa causa. Are.in d.l.apertissimi.C.de iudi.fo.67.nu.6.

Iudicis delegatio fieri debet in prouincia ipsius rei.ita Are.in l.cũ specialis.C.de iudi.fo.67.nu.1.

Iudex delegatus, etiam si sit recusatus, potest sententiam suam exequi. Are.in d.l.cum specialis.C.de iudi.fo.67.nu.4.

Iudex nõ potest pro suo arbitrio nuntium mutare. Are.in l. quisquis. C.de spor.& sumpti.fo.67.nu.1.

Iudex super incidenti cognoscere debet.ita Are.in l.adi.C. de ordine iudi.fo.68.in nu.3.

Iudex negligens an faciat litem suam, vel non: & quid de notario & arbitratore,& cæteræ personæ similes. vide Are.in l. mancipia.C. de seruis fugi.fo.79.nu.4. & nu.7.

Iudex qui per dolum neglexit facere iustitiam, criminaliter punitur. Are.in l.mancipia.C.de ser.fugi.fo.79.nu.5.

Iudex negligens per culpã,non tenetur ex quasi maleficio. Are.in d.l. mancipia.C.de seruis fugi. fo.79.nu.6.

Iudæis quietè viuẽtibus nõ est irrogãda iniuria in rebus, vel personis: & si quis cõuincatur ꝙ aliquid abstulerit, tenetur restituere ad duplum.in l.Christianis.C.de paga.ritu tollẽ.Quare autẽ ecclesia sustinet Iudæos,cùm peccent mortaliter,remittũt Doc.ad notata.xlij. dist.qui syncera.& vide Cano.in c.consuluit.extrà,de Iudæ.

Iudæi nõ sunt cõpellendi ad fidẽ Christianã suscipiendã, qđ procedit indubitanter in adultis.sed de paruulis sunt opiniones: quia glo. in canone, Iudæorum filios vel filias.xxviij.q.tenet,quòd idẽ,videlicet quod nõ possint eripi à parentibus ipsorũ,& baptizari:quia si possent eripi,in breui null⁹ esset Iudæus.quomodo ergo reliq̃æ Israël saluæ fient?Sed alij tenẽt cõtrariũ:qa cùm sint serui,nõ habẽt filios eorũ in potestate,& ideo pñt eripi à parentib⁹,& baptizari. Et istã opi.videt̃ sentire Io.An.in c.ad hæc.de Iudæ.licet nõ affirmet. & Archi.in c.q̃ syncera.xlv. dist. vbi refert d. Dominicus post alios, ꝙ priuatæ personæ nõ pñt auferre paruulos à parẽtibus, sed domini eorũ sic: qa sicut possent tanꝙ eorũ mãcipia alijs vendere,vel donare:ita possunt auferre,& baptizare:& in hoc merentur,dũmodo hoc nõ faciãt propter cõpellẽdos parẽtes ad fidẽ, quia tũc procedit gl.in d.c.Iudæorũ filios.sed faciẽt ꝓpter filios saluãdos per fidei sacramentũ,à cuius successione sufficit,ꝙ nõ inueniãtur contrariæ voluntatis:vt habet̃ secũdùm Io.de deo.D.Flo.in d.c.ad hęc.dicit,ꝙ opi.gl.videt̃ verior,videlicet ꝙ filij paruuli Iudæorũ nõ possint inuiti baptizari:& hoc dicit tenere Thomã de Aquino scđa secũdæ.q.xj. arti.vlti.pro quo etiã facit illa litera d.c.ad hęc. quę indistinctè dicit Iudæos inuitos nõ baptizãdos.Cõstat aũt, ꝙ filij Iudæorũ sunt Iudæi,cùm filij sequãtur patrẽ.in c.fi.extrà,de ser.nõ ordi.& dicũtur inuiti paruuli,si inuiti sunt parẽtes,sub quorũ potestate sunt.ar. c.ij.extrà,de cõuer.in fide.nec est verũ,ꝙ Iudæi sint taliter serui, ꝙ possint vendi:& quicquid sit de iure,de cõsuetudine, non seruatur, quod habeãtur pro seruis.D. Abbas in d.c.ad hæc.dicit se multũ de hoc dubitare, quia non sunt proprie serui: imo ab eis non possunt coactè seruitia exigi. Prętereà indirectè cogerẽtur patres eorum ad fidem suscipiendam:quod non est fiendum,vt in d.c. ad hæc. & d. c.qui syncera.Circa prædicta adde cõsiliũ Cal.quod est tertium, in tit.de Iudæ.vbi quærit de duobus,vtrũ filij Iudeorũ cõstituti in annis puerilibus, possint inuitis parentibus baptizari.Secũdò, si de facto baptizentur, apud quos debeant alimentari,vel penes Christianos,vel penes Iudæos. Circa primum arguit primò, quòd possint fauore fidei,ꝓ qua multa inducũtur,cõtra regulas iuris cõmunis.in c.in fidei fauorẽ.cũ simi.de hæreti.lib.vj.sed ꝙ isti baptizẽtur.s.filij Hebræorũ,est fauor fidei,qa saluãtur eorũ animę.de conse.dist.iiij. quæris. vnde dicit̃ spiritualis eleemosyna, ad quã qlibet tenet̃.xlv. dist.tria sunt.extrà,de spõsa.inter opera charitatis.Itẽ qa dol⁹, si est bonus,cõmẽdatur.xxij.q.ij.vtile.in l.j.in §.j.ff. de dolo. Sed his nõ obstãtibus dicit, ꝙ contrariũ est veritas, qa nullus est cogẽdus ad fidem: vt in d.c.ad hæc. nullus enim inuitus fit bonus, quia volũtarium militẽ Christus elegit.xv.q.j.nõ est. Hoc etiã suadet ratio, q̃ dicit ꝙ nulli debet fieri iniuria siue violẽtia, & specialiter ipsis Iudęis.extrà,de Iudæ.c.& si Iudæos.in l.Christianis.C.de paga.ritu tollen.ideo cõcludit, ꝙ inuitis parẽtibus filij nõ sunt baptizãdi. Circa secundũ primò dicit,ꝙ videt̃ expressum in dicto canone, Iudæorũ filios. cum sequẽti. ꝙ nõ restituatur Iudæis parẽtibus. & est ratio, qa pupillus nõ debet educari apud illũ,qui insidietur vitæ.l.j.ff.vbi pupil.edu.debeat.& videtur expressum in c.ij.de conuersione infidelium.Et ista est ratio, quare Christiani prohibẽtur habitare cum Iudæis & Sarracenis.xxviij.q.j. Iudæi sæpe. cum duobus sequẽtibus. In proposito autẽ dicit,ꝙ de iure parentes habent filios in potestate, hinc est ꝙ siue volens siue inuitus filius ab alio detineatur, potest repeti à parentibus per interdictum,de liberis exhibẽ.vt tangit glo.in d.c.ad hæc.& plenius in d.c.ij.de conuer. infide. Et si dicas,est suspicio, ne trahatur ad infidelitatẽ: ergo videtur posse peti restitutio,qa propter tenerã ætatẽ filij videt̃ cessare suspicio: & ideo ꝓpter talem suspicionẽ & presumptionẽ debẽt parẽtes sufficienter cauere, ꝙ quãdo ipse filius peruenerit ad ætatẽ legitimã, hoc est,cũ erit doli capax,ipse filius ponet̃ in sua libertate,& ꝙ in sua cohabitatione nullatenus ipsum retinebit,& ꝙ interim eum nõ offendẽt. Per talẽ enim cautionẽ solet prouideri cõtra suspectos, in c.ad literas.ad si.cũ simi.de resti. spo. Si verò dictã cautionẽ idoneã parẽtes nolint præstare,tunc dicit, ꝙ nullatenus est ei restituẽdus filius baptizatus.vt probatur in iuribus suprà in contrarium allegatis,quæ loquuntur in filijs puberibus,vel quãdo nõ sunt subtracti parentibus inuitis, vel si nõ cauerẽt, vt permittitur. Gaspar de Cal. De eo autem,quod Doct.incidẽter in d.c.ad hæc.quærunt,videlicet ꝙ Iudæi habent filios in potestate, dic vt dicetur infrà in litera v. in §. vtrum Iudæi dicantur habere filios in potestate.

Iudex qui negligit punire violatorem sepulchri, punitur pœna xxv. lib.auri.l.si quis sepulchrũ.C.de sepul.vio.& est ratio, quia ille qui mutilat,vel inuadit sepulchra,dicit̃ offendere viuos & mortuos,& eis iniuriã facere.Et si dicas,nõ põt qs puniri actione vel pœna iniuriarum, nisi iniuriã passus ad animũ reuocet: vt habetur Instit. de iniurijs.in §.fi.Sed mortuus siue cadauer nõ potest reuocare ad animum,vt patet ad sensum:ergo non potest habere locum actio siue pœna iniuriarũ. Dic ꝙ lex reuocat ad animũ pro mortuis, & istud sufficit.ita notabiliter dixit Bal.in l.fi.C.de sepul.viola. vbi etiam habetur cũ authentica ibi posita,ꝙ eadẽ pœna punit̃,qui dolo impedit sepulturã alicuius. Dixit tamẽ ibi singulariter Bal. ꝙ nõ credit, ꝙ pœna illius authẽticæ habeat locũ in illo,q prætextu vsurarij dolo impediret sepulturã alicuius:qđ tene mẽti,& ad pręditcta oĩa adde qđ plene no.per glo.& Doct.in c.ex parte canonicorum.extrà, de sepul.& vide quæ diximus superius in litera c.in §.corpora.

Iudæi de iure debẽt esse perpetuæ seruituti subiecti. culpa eñ & delictum suorũ autorũ descẽdit ad posteros.j.q.j.cito turpem.ibi vides, qa facto autoris successio dãnatur hæredis. Inexpiabilis est enim culpa vẽditi ministerij,& vindicta gratię cœlestis trãsit in posteros. Regulariter cõtrà in l.sancimus.C.de pœ.in c.quæsiuit. de his quæ fiunt à ma.parte cap.in l.j. per totũ.C. ne filius pro pa.j.q.iiij. vide plenius & summatim in glo.summæ per totũ. Adde tamẽ,quia dixit Bal.in l.dotis.C.de iure dotiũ.ꝙ valet statutũ,ꝙ filij mercatorũ teneant̃ ad debita patris,etiã si nõ probẽtur hæredes,vel cõstat ꝙ repudiauerint:licet eñ tale statutũ sit durũ, tamẽ valet, qa valeret & pactũ:iuxta notata in l.j.C.de decre.decurio.lib.x. Subdit tamẽ, ꝙ forte remediũ esset,ꝙ pater exhæredaret filios:qa isto casu exhæredati habent̃ ꝓ mortuis, & inuiti repellunt̃ ab hæreditate paterna: ideo tale statutũ nõ debet intelligi de ipsis exhæredatis,sed de illis, q secũdùm legẽ xij.tab.essent sui,& necessarij.arg.l.j.in §.penul.ff. de bo.pos.cõtra tab.Cõsidera tamẽ, qa quo ad hoc, vt exhæredatio teneat,requiritur ꝙ interueniat causa legitima, & vna de illis xiiij. de quibus per glo.in c.Quintauallis.extrà,de iureiuran.

in Iudicãdo & cõsulẽdo nõ est recedẽdum à cõi sententia.c. capellanus. cũ materia,de ferijs,& alijs ad hæc vulgaribus.nã cõsiliũ plurimorũ præualet,& qui cum pluribus consulitur, non errat.

Iudex de qua re cognouit,de ea pronuntiare debet.in l.de qua re.ff. de iudi.cum simi.

Iudicis cuiuscũꝗ est partes iudicare secũdùm allegata & ꝓbata.c.iudicet.iij.q.vij.glo.in c.parat⁹.xxiij.q.v.& in c.pastoralis.& ibi Pa. & alij doc.in §.qa vero.de offi.dele.& in l.illicitas.§.veritas. & ibi gl. Bar.Bal.ff.de offi.præsidis.Gemi.& alij in c.j.de re iudi.lib.vj. Car. in clemen.j.§.fi.bona glo.in §.penul. Instit.de actio.adeò quòd iudex nõ potest recedere à legũ tramite,secũdùm Bal.in prælud ijs.ad ij.librum Decre.in ij.col.& Richar.de Media Villa,in iiij.q.iij.arti. ij.& idem ibi Thomas, de quo satis per Fely.in d.c. pastoralis.§. qa verò.de offi.dele.

Iurisdictio ecclesiastica & secularis debent se ad inuicem adiuuare.Panor.in c.nouit.de iudi.

Iurisdictio omnimoda vbi cõceditur, an intelligatur cõcedi etiã merũ imperiũ. Are.in l.si duo.ff.de acqui.hæredi.fo.158.nu.4.

Lata culpa quomodo æquiparetur dolo in ciuilibus, vel in criminalib⁹:& quomodo statutũ puniẽs dolũ cõpræhẽdit latã culpã.itẽ quomodo à delatione,vel iuramento, vel à sentẽtia lata prætextu iuramẽti.vide Areti. in l.in actionibus.ff.de in litem iur. fo.38.in nu.20.21.& 22.

Legatari⁹,q repudiat on⁹,videt̃ etiã repudiasse legatũ. ita refert Are.l. oĩa.si cer.pe.fo.9.nũ.6.cũ quo optime cõcor.tex.in l.neminẽ.ff. de leg.ij.vbi iurisco.ita dicit,Neminẽ eiusdẽ rei legatæ sibi partẽ velle, & partẽ nolle verius.vbi vide quæ super ea scribit d.Bar.

Legato renũtiare nõ videt̃ ille, qui rẽ sibi legatã ex certa sciẽtia emit. Are.in l.posideri.§.ex pluribus.de acqui.poss.fo.17.nu.26.

Legata quæ extraneis nõ præstantur ex primis tabulis, augent legata facta à substituto in secundis tabulis. Are.in l. & si contra tabulas. ff.de vulg.& pupil.fo.103,nu.2.

Legatarius potest esse testis in testamento. Are.in l.qui testamento.ff. de testa. fo.213.nu.2. habes etiam ibi in nu.1. quòd testes in testamento debent esse rogati.

Legata ad pias causas, etiam cùm adita est hæreditas, peti possunt

officio iudicis, corã ecclesiastico iudice. Are. in l. per omnia. ff. de leg. j. fo. 227. nu. 4. & dicit etiam ibi, quòd legatum in diem ante diei ad uentum non transfertur dominium.

Legata certa quantitate ad pondus, non dicũtur tot legata, quot pondera. Areti. in l. si ex toto. §. si ita legatum. ff. de lega. j. fo. 235. nu. 6.

Legatum factum filiabus simpliciter, non comprehendit filias nascituras. Are. in l. qui filiabus. ff. de lega. j. fo. 243. nu. 2.

in Legatis particularibus qui fructus debeantur legatario, vide Are. in l. grege legato. ff. de lega. j. fo. 245. nu. 1.

in Legato partis bonorũ, ipsa bona testatoris ꝓ parte legata sunt in legato. Are. in l. nõ amplius. §. cũ bonorum. ff. de lega. j. fo. 247. nu. 2.

Legatum factum à debitore, non expressa quãtitate debiti, dummodo possit afferre aliquod emolumentum, valet. Areti. in l. si autem. ff. de lega. j. fo. 248. nu. 1.

Legatũ factũ à dño seruo qualiter valeat. Are. in l. si pluribꝰ. ff. de leg. j. fo. 254. nu. 8. habes etiã ibi in nu. 7. ꝙ qui vendit rẽ sibi legatã, per hoc nõ videt̃ renũtiare legato. p̃terea dicit etiã ibi idẽ Are. in nu. 11. ꝙ legatũ alternatiuũ non dicit̃ esse vnũ, sed continere plura legata.

Legatũ nõ extinguitur mutatione dominij, qñ dominiũ transit in eũ q legauit. Are. in l. cũ seruus. §. si Titius. ff. de leg. j. fo. 260. in nu. 4. habes etiam ibi in nu. 6. ꝙ quãdo factũ merũ est in legato, ita cohæret personæ, ꝙ nedũ nõ trãsit ad patrẽ vel dominũ, sed etiã nõ transit ad hæredẽ. dicit prꝑterea ibi in nu. 8. ꝙ ob præstationis difficultatẽ non videtur impleri legatũ, nisi quando difficultas oritur, quia alienatio illius rei pendet à voluntate principis.

in Legatis cõditionalibꝰ nõ habet locũ regula Catoniana. Are. in vetera. ff. de le. j. fo. 263. nu. 2. habes etiã ibi in nu. 4. ꝙ illud qđ fieri nõ põt directo per viã legati, non põt fieri indirecto p viã reseruatiõis.

Legãs rẽ, videt̃ legasse ius, qđ habet in re, vel ad rem. Are. in l. seruũ filij. ff. de lega. j. fo. 265. nu. 1. Habes etiã ibi, ꝙ sicut vna mutatio rei legatũ non extinguit, ita nec multiplex mutatio, dummodo præsumatur voluntas testatoris durare.

Legatũ cùm est vnũ in substãtia, sed distributio temporũ apponit̃ præstationi, tũc solutio legati est faciẽda in fine anni. Are. in l. si cui legetur. ff. de le. j. fo. 271. nu. 1. vide etiã ibi eundẽ in nu. 4. qui dicit, ꝙ quãdocꝗ persona vna nominatur in legato, & tamẽ actio cõpetit alteri nõ nominato, si eius interest, & nõ illius qui fuit nominatus.

Legatus de latere æquiparatur proconsuli. Are. in l. nemo potest. ff. de leg. j. fo. 276. nu. 2.

Legatum in minus solenni testamento est naturaliter debitum. Areti. in l. exemplo. C. si aduer. sol. à debi. fo. 57. nu. 4.

Legatũ factũ seruo à domino suo, nõ valet: debet tamẽ de vrbanitate ab hærede præstari, quia prꝑsumitur factũ ad remuneratiõẽ. Are. in l. quædam. C. de neces. seruis hæredi. fo. 111. nu. 5.

Legatus siue Papæ, siue alterius, debet secum literas legationis portare. xxvj. di. nobilissimus. & vide quę ad hoc habẽtur per Alber. de Rosa. C. de mã. prin. l. vnica. & vide etiã de hoc p Spe ĩ. tit. de offi. dele. §. iiij. ver. põt etiã. & se. p Bar. in l. ij. ff. de leg. Et quoniã proximis diebus incidit dubiũ quoddã corã reuerẽdissimo D. Altobello Aucroldo tunc per totũ dominiũ Venetorũ legato, an videlicet legatꝰ de latere in impetratione bñficij facta ab eo, possit sine speciali facultate dare clausulã, ꝙ obstãtiæ beneficiales impetrãtis habeãtur pro expressis: libet nunc mihi, quę in dicto dubio respõderim, hic subijcere: quoniã spero nõ omnino ingrata æquo animo legẽtibus futura. est enim disputatio hęc cùm pulchra, tũ etiã vtilis, & honorifica. Ego igit̃ in vtrãꝗ parte faciẽtia argumenta in mediũ adducã. & primò ꝙ ipse nõ possit dare hanc clausulã, videt̃ expeditũ in c. si proponente. de rescript. & in c. nõ potest. de prꝑben. lib. vj. vbi impetrans beneficiũ, vel aliquã dispositionẽ à sede apostolica, tenetur de quolibet minimo beneficio prius obtento expressam mentionẽ facere: aliàs impetratio est nullius momẽti. Sed quod fit per legatũ, dicit̃ fieri à sede apostolica. c. quod translationẽ. de offi. leg. & legatus cõtra constitutionẽ superioris sine speciali mãdato venire non põt. ad hoc gl. notabilis in verbo, obseruari. in cle. & si principalis. de rescrip. ergo legatus nõ potest in literis suis dare dictã clausulã, cùm ad validitatẽ impetrationis sit necessaria dicta expressa mentio beneficij prius obtenti, vt in dictis iuribus. Sed potest instari, ꝙ legatus potest cõferre motu proprio: vt tenuit glo. in c. si. de offi. le. lib. vj. quã sequitur Ioan. de Fantucijs ibi, & Geminianus: sed motus proprius tollit surreptionẽ: vt in c. si motu proprio. de præben. eo. lib. quod etiam locũ habet in motu proprio legati, prout tenuit glo. in cle. si. de offi. ordi. ergo si põt dare motu proprio, & tũc nõ arctatur ad expressionẽ bñficij obtẽti p prędicta, videt̃ ꝙ possit dare ꝓdictã clausulã, ꝙ obstãtiæ beneficiales habeãtur pro expressis. His tamẽ nõ obstãtibus, puto cõtrariã opinionẽ esse de iure veriorẽ: videlicet ꝙ motus proprius legati nõ tollat surreptionẽ, p tex. apertissimos, in c. si. de offi. leg. lib. vj. & in cle. si. de offi. ordi. in quibus ego pondero, ꝙ loquũtur in collatione legati, & nõ in impetratione facta ab eo: nã de impetratione nõ erat opus, quia erat expeditũ prius vt prędixi. Remanebat ergo dubiũ in collatione, quę põt fieri absenti: vt in c. si tibi absenti. de prębẽ. lib. vj. & sic motu proprio. Dubitabat̃ em̃ propter tex. in c. si motu proprio. ꝑall. an dispositio di. text. haberet locũ in collatione legati, nõ ad impetrationẽ eius, cui contulisset, & ꝑ cõsequẽs motu ꝓprio: & Papa in d. c. si. determinat ꝙ nõ. & decidit collationẽ esse nullã, nisi in ea fuerit facta mẽtio de beneficio obtẽto: & qa poterat dubitari, an hoc ꝓcederet etiã in collatione ordinarij, cùm legatꝰ etiã cẽseat̃ ordinarius: vt in c. ij. de offi. leg. in vj. propterea emanauit cle. si. prꝑalle. quę declarat dictã expressionẽ esse necessariã in collatione legati, sed nõ in collatione ordinarij. Præterea in dictis iuribꝰ, videlicet in d. c. si. & in d. cle. si. ego põdero, ꝙ indistincte loquũtur, & sic indistincte debẽt intelligi, vt cõprehendãt etiã collationẽ legati factã motu proprio. xix. di. c. si Romanorũ. c. solitæ. de ma. & obe. cũ si. Vlterius ego põdero in c. si motu ꝓprio. prꝑal. verbo, cõferamꝰ. qa qñ Papa loquit̃ p ista verba pluralia primæ personæ, dispositio nõ cõprꝑhẽdit nisi ipsum Papã, & talis potestas nõ extẽdit̃ ad legatũ, nec ad aliũ quẽcunꝗ. ad hoc c. j. de offi. dele. lib. vj. ibi: cõcedimus. vbi cõcluditur p Doct. ꝙ cõcessio conseruatorũ possit fieri per solũ Papam, & nõ per legatũ. Et quòd hoc sit verũ, quòd c. si motu proprio. habeat locum tantũmodo in motu proprio Papæ, & non legati, ego allego cle. si Romanus pontifex. de prꝑben. quæ hoc apertissime probat: declarat enim motũ propriũ solius Papę habere istã virtutẽ tollẽdi surreptionẽ: nã verbum, Romanus põtifex, nõ põt cõprꝑhendere legatũ, cùm signãter intelligatur de locali dignitate, & de speciali persona Papæ, prout notatur in c. si gratiose. de rescr. lib. vj. Cùm igitur c. si motu ꝓprio. & cle. si Romanus. prꝑalle. habeãt solũmodo locũ in Papæ motu proprio, & nõ legati, vt apparet manifeste, & legatus arctetur cõstitutione superioris, ad faciendũ mẽtionẽ de beneficio obtẽto in collatione sua: vt in d. c. si. & in d. cle. si. quę collatio põt fieri etiã motu ꝓprio, vt prædixi, nec cõtra dictã cõstitutionẽ venire põt, vt in ꝑ alle. glo. in verbo, obseruari. sequitur, ꝙ si legatus facit collationem de beneficio, etiã motu proprio, habẽti aliud bñficiũ de eo, nõ habita mẽtione in dicta collatione, ꝙ dicta collatio est nulla. Vñ si motus proprius legati nõ releuat ab ista mẽtione faciẽda, multominus in impetratiõe facta ab eo releuabit di. clausula, ꝙ obstãtię &c. & licet ista surreptio nõ ꝓcedat ex parte impetrãtis, procedit tñ ex defectu potestatis ipsius legati. facit l. & si nõ lex. ff. de hære. insti. qui legatꝰ etiã ex certa sciẽtia cõtra cõstitutionẽ superioris, qua ad hoc arctat̃, venire nõ põt, vt ostẽsum est. Et hãc ꝑtẽ tenuerũt lumina iuris Io. Imo. in ꝑall. c. si. de offi. leg. in vj. Archi. & Lap. Abb. in d. c. si motu proprio. Pau. & Zenzel. Guliel. de Mõte Laud. & Matth. & d. Io. de Imo. in d. cle. si. vbi affirmat hãc esse veriorẽ & cõem opi. Hanc etiã tenere videt̃ Io. Cal. cõsi. iij. sub titu. de præb. Cùm igitur ista sit cõis opi. certe sequẽda est in iudicãdo. nisi conuinceret̃ manifeste esse falsa: vt p Doct. post Host. & Io. An. in c. j. de consti. Sed certè ista fundatur validissimis autoritatibꝰ, & verissimis rationibus. cõtraria vero cõuinci põt esse falsa: quinimo glo. ipsa in d. cle. si. quę dedit initiũ huic opi. ꝙ motus proprius legati tolleret surreptionem, titubãter locuta est: & dixit, ꝙ si cõpilatoribꝰ adhæsisset, curasset fieri delaratiõnẽ. Et ad ipsius Io. An. rationẽ positã in d. c. si. vbi dicit, da mihi legẽ, quę ꝓhibeat̃ legato bñficiare bñficiatũ &c: facile rñdet̃, ꝙ bñficiatus est inhabilis ad beneficia obtinẽda. maxime si ex bñficio, qđ obtinet, commode se põt sustẽtare: vel si reqrit residẽtiã, ꝓut legit̃ & notat̃ in c. sup inordinata. de ꝑbẽ. & legatꝰ cõtra istã cõstitutionẽ venire nõ põt, vt ꝑdixi, qa est supioris. secꝰ est ĩ Papa, q est solutꝰ legibꝰ. c. ꝓposuit. de cõces. ꝑbẽ. ideo fuit statutũ, vt et ĩ collationibꝰ, quas faciebat legatꝰ, teneret̃ facere mẽtionẽ de bñficio obtẽto p eũ, quẽ bñficiabat. Propterea ad d. rationẽ Io. An. põt rñderi secũdùm Lap. Abb. ꝙ legatꝰ est ꝓhibitꝰ bñficiare bñficiatũ, nõ facta mẽtione de bñficio obtẽto, vt sciat an sit idoneꝰ vel habilis ad bñficiũ, qđ cõfert̃ ipi, vel nõ, p c. si. pal. & p d. cle. si. Ad rationẽ, quę mouit Io. de Fant. rñdet̃, ꝙ nõ valet arg. Ordinariꝰ, q est inferior legato, cõfert nõ habita mẽtiõe de obtẽto, & valet collatio: ergo debet eodẽ modo valere collatio legati, q est maior. nã aliud est in legato, q arctat̃ ad hoc supioris cõstitutiõe, aliud in ordinario, q ad hoc nõ arctat̃: vt est tex. expꝛssus in d. c. l. si. Et rõnẽ, quare arctet̃ potiꝰ ad hoc legatꝰ, ꝙ ordinariꝰ, assignat ibi gl. qa iurisdictio legati ꝗuis dicat̃ ordinaria, tñ qa nõ est naturaliter ordinaria, sed supinducta, & prꝑiudicialis, & propterea odiosa, ideo est restringẽda. iurisdictio vero ordinaria naturaliter cùm sit fauorabilis, est ampliãda. regula, odia. cũ similibꝰ. de regu. iur. lib. vj. Zenzelinus verò, & Laud. assignant aliã rationẽ: quia ordinarius melius nouit personas & beneficia suorũ locorũ. & propterea magis deliberatus in modicis & certis bñficijs suæ diœcesis, ꝙ legatus in bñficijs suæ prouinciæ. ar. c. quosdã. & c. quãto. de præsump. & c. quod dicitis. xv. distinct. Et d. Io. de Imo. approbat vtrãꝗ rationẽ. & dicit in dubio tenendum esse, vtrãque dedisse causam cle. ex quo nõ apparet magis de vna, ꝙ de alia. arg. l. generaliter. ff. de fideius. Et licet vna aliqñ cesset, tñ durat dispositio. qa vbicũꝗ duæ rationes concurrũt, si vna cessat, & altera remanet, durat dispositio: vt notatur per glo. in l. liberorum. §. notantur.

§.notantur.ff.de his qui not.infa.& probatur in §.affinitatis.Insti. de nupt. vtranque etiam ponit Pau. dicens, non sic præsumi surreptionem in ordinario, sicut in legato, qui est maioribus occupatus negotijs,& nõ sic omnes subditos habet notos, sicut dioecesanus,& alij inferiores.Pro hoc quod not.Io.Cald.in c.cum nostris.de concess.præben.Lauren.de Pinu.addit aliam rationem,dicens, quòd ordinarij originales intelliguntur prouidere ecclesijs, cùm ad hoc teneantur, nec debent beneficium conferre, nisi persona cui confertur sit bene nota:sed legati prouident personis,& non ecclesijs.ideo dicunt in literis,volentes tibi gratiam facere specialem &c.sed,ordinarij dicunt,vel dicere deberent,inter incũbentia onera illa nos magis sollicitant,vt ad ecclesias vacãtes personas idoneas præficiamus: ideo &c.Et licet dicta diuersitas militet,non solùm inter legatũ & ordinariũ,verũetiã inter Papam & ordinarium, & tamẽ motus proprius Papæ tollat subreptionẽ:hoc ideo nõ obstat,quia hoc est speciale in motu proprio Papæ,qui est solutus legibus,vt dixi.ad rationem,quæ mouit Gemi.ꝙ surreptio procedit ex defectu impetrantis, nõ ex defectu concedẽtis. Vnde si legatus cõfert motu proprio tacito de beneficio obtento,nõ peccauit impetrãs. suprà est responsum:quia hoc casu collatio est nulla,nõ ex defectu impetrantis,sed ex defectu potestatis cõcedẽtis,qui nõ põt facere cõtra cõstitutionẽ, qua legaẽ,vt premissum est. Aliæ nõ sunt rõnes ꝓ hac parte,quibꝰ sit rñdẽdũ. Ex his cõstat manifeste,superiorẽ cõem opi. esse de iure veriorẽ,& ideo sequẽdã in iudicando,vt ꝓdixi,ꝙ motus proprius legati nõ facit collationẽ ipsius esse validã, in qua nõ fuerit facta expressa mẽtio de beneficio obtento per eũ,cui confert, & per consequens ꝙ nõ põt dare clausulã, ꝙ obstantiæ &c. ꝙ impetratio facta ab eo sine dicta expressiõe bñficij obtẽti,licet habeat dictã clausulã est nulla,ꝑ iura ꝑ̃alleg.& ita respõdi superiori dubio. Quã responsionem verã esse censeo:sed tamẽ si quis erit,qui aliter sentiat,eum rogo, vt in publicum edat rationes suas, vt appareat an male à me discussa fuerit hæc dubitatio, an verò bene.

Leuissima culpa dicitur illa,quæ omittit id quod diligentissimus quisque paterfamilias facere tenetur. Areti.in l.in rebus.ff.commo.fol. 46.nu.1.& vide j.in §.non facit id circa rem &c.

Leuis culpa in omittendo nõ dicitur propria culpa, sed custodia,id est, custodiæ neglectio. Areti.in l. si cùm venderet.§. venit autem.ff. de pigno.act.fol.48.nu.5.

Lex vbicunq; dicit dari extraordinariũ iudiciũ ,vel subueniri extra ordinẽ,intelligiẽ de officio iudicis.Areti.in l.cũ filius.si cer.pet.fo.17. nu.5.cui adde quod scribit Ange.in consi.suo incip.quidã Iudæus.

Lex vbicũq; punit,dolũ taxatiue,lata culpa nõ videẽ equiparãda dolo. vide Are.in l.in actionibus.ff.de in li.iurã. fol.37.nu.4.& vide etiã Bal.in l.data opera.C.qui accu. nõ poss.& ne te tædeat laboris etiã videre quę notat Raph. Fulgo. in d.l.in actionibꝰ.qui dicit diuersa à superioribus:tenet enim, quòd dictio taxatiua apposita dolo non excludit latam culpam.Præterea vide d.meum d. Alexã. de Imol. inter iurisperitos Modernos facile principem locum tenentem: qui de hoc in l.ij.§. interdum.ff. de in lit. iuran. doctissimè (vt semper aliàs) tractat.

Lex vbicunque expresse requirit dolũ,ibi lata culpa non æquiparatur dolo. Aret.in l.actionibus.ff.de in lit.iuran.fo.38.nu.13.

Lex in disponẽdo limitat naturã, quãtũ põt,& contra ordinẽ naturalẽ nõ disponit.Are.in l.possideri.§.ex cõtrario.ff.de acqui.pos.fol.18. nu.28.& vide tex.in l.iij.ff.de vsufru.ea.re. quæ vsu con.

Lex cùm facit mentionẽ malæ fidei,intelligitur de mala fide vera,non ficta.Are.in l.Pomponius.§.cum quis.ff.de acqui.pos.fo.36.nu.9.

Lex etiam quando vniuersaliter disponens continet iuris iam concessi extensionem,adhuc recipit restrictionem de habilitate. Areti.in l. cùm hæredes.ff.de acqui.poss.fo.47.nu.2.

Lex adaptatur ad ea,quæ communiter accidunt.notatur in c.literas.de despon.impube.

Legislator si aliquid sibi specialiter nõ reseruauit,videẽ id etiã alijs ꝑmissũ.c.nuper.de sen.excõ.aliud est enim dicere,solũ Papam aliquid posse.c.requisisti. de testam, aliud simpliciter Papam aliquid posse.

Lex nõ esset necessaria,si homines ratione regerẽtur:nã per legẽ nemo cõpellitur bene facere, sed male facere prohibeẽ.xxiij.q.v. ad fidẽ.

Lex non est aliud,quàm ipsa ratio legis.vt probaẽ in l.nõ dubiũ.C. de legib.& ibi Bal.& in regu.fi.de regu.iu.li.vj. & ibi per Dy. vide de hoc multa pulchra per d.Panor.in c.quia nõnulli.de rescrip.

Lex ciuilis nunquid possit obligare ad peccatũ. vide pulchre & copiose per Aret.in l.is cui bonis.ff.de ver.obl.fo.87.nu.7.

Legis responsum aliter non euacuat,nisi super difficili & dubitabili.vt l.quod Labeo.ff.de Car.edic.& l.j.in fi.ff.ad municip.

Lex siue habeat perpetuam causam prohibitionis, siue non habeat causam perpetuam,semper actus contra legis prohibitionem nõ valet. Aret.in l.si stipuler.ff.de verb.ob.fo.106.nu.2.

Legis dispositio non adaptatur ad ea,quæ raro contingunt. Aret.in l. si ita stipulatus.ff.de verbo.obl.fo.127.nu.6.

Lex facilius moderatur dispositionẽ suã ad alterius præiudiciũ, quàm prouisionem factam ab homine in fauorem suum.Aret.in l.insulã. ff.de verbo.oblig.fol.146.nu.3.

Lex seu constitutio qñ liget.vide in c.cognoscentes. de consti. Panor.

Legis natura est futuris ꝓuidere negotijs.l.leges & cõstitutiões.C.d le.

Lex aliquãdo approbatur cõsuetudine.vnde si lex nõ recipiaẽ in obseruãtia,nõ obligat. Aret.in l.si filius.ff.de lib.& posthu. fol.29.nu.2.

Legitima est quarta vel tertia portio portionis debitæ ab intestato. Are.in l. Gallus.§.& quid si tantum.ff.de libe.& posthu. fo.52.in nu.21.vide etiam de hoc Cano.in c.Raynutius.de testa.

Legitimatio vtrum possit fieri per procuratorẽ constitutũ à patre vel à filio legitimando,vel ab vtroque simul.vide Aret. in l. Gallus.§. forsitan.ff.de lib.& posth.fo.58.nu.45.& vide etiam ibi in nu.47. vtrum compaternitas possit contrahi per procuratorem.

Legi inducenti formam vel solennitatem renuntiari non potest. Aret. in l.moribus.§.prius.ff.de vulg.& pupil.fo.74.nu 17.

Lex licet sæpe fingat contra factum, nunquã tamen fingit contra iuris dispositionem.Are.in l.Cornelia.ff.de vulg.& pupil.fo.95. nu.1.

Lex cũ per modũ aliquẽ specialẽ cõfirmat testamentũ,& omnia cõtẽta in eo:ita videnẽ cõfirmari tabulę pupillares,sicut legata & fideicom.Aret.in l.qui plures liberos.ff.de vulg.& pup.fo.105.in nu.5.

Legitimatio facta de filio,nũquid reuoceẽ ꝑ superueniẽtiã filiorũ legitimorũ.vide Aret.in l.ex facto.ff.de vul.& pup.fo.101.nu.8. dicit etiã idẽ Are.in d.l.in nu.13.ꝙ filio naturali nõ debet relinq legitiã.

Lex cùm determinat duo determinabilia,intelligitur ea pariter determinare.Are.in l.testamentum.ff.de testa. fo.113.nu.2.

Lex quando fingẽdo producit actũ fictũ loco actus veri:intelligitur attribuere casui ficto omnes qualitates,quę qualificabãt actũ verum. Aret.in l.lege Cornelia.ff.de testa.fo.207.nu.1.habes etiã in nu.2. ꝙ dispositio statuti facta in casu vero , non trahitur ad fictum.

Lex vel statutum non ligat nisi subditos. Areti.in l.cunctos populos. C.de summa trin.fo.2.nu.2.

Lex præferens masculos fœminis videtur impia.Aret.in l.sicut bonis. C.de in ius vocan.fo.14. nu.6.

Lex non subuenit rustico in his,quæ sunt fundata in ratione naturali. Aret.in l.venia.C.de in ius vocan.fo.15.in nu.1.

in Legitimatione filiorũ naturalium,an sit opus citare legitimos. vide Areti.in l.de quæstione.C.de pact.fo.27.nu.5.

Legitimatus in prima causa,videtur legitimatus in secunda.Areti. in l. ita demum.C.de procu.fo.47.nu.3.

Lex cùm aliquid custodiri iubet, intelligitur concedere actionẽ & exceptionem.Are.in authen.sacramenta puberum.C.si aduersus venditionem.fo.55.nu.4.

Lex vel statutum vbi tollit remedium appellandi à diffinitiua,nõ videtur tollere ab interlocutoria. vide Archi. in c.vt inquisitionis negotium.de hære.lib.vj.

Legati apostolici possunt inuestigare de excessibꝰ exẽptorũ.& ideo electiones factas in monasterijs exẽptis possunt confirmare, vt innuit tex.in c.cùm venerabilis.de cõsue. & colligitur etiã ibi, ꝙ exẽptus etiã Vltramontanus,nõ potest propria autoritate ad aliã ecclesiã se trãsferre,nec sine cõfirmatione administrare, qñ in partibus illis est legatus de latere:& sic debet limitari c.nihil.extrà, de elect.

Leges an liceat aliquo casu transgredi.vide Are.in rub.C.qui admitti. fo.84. in nu.3.

Lex vbi non disponit, casus omissus vel persona omissa remanet sub dispositione iuris antiqui:vel homo non debet extendere. Areti.in l.illam merito.C.de colla.fo.94.nu.2.

Lex noua superueniens,videtur abrogare localem consuetudinẽ. Are. in l.vt ab antiquis.C.de testa.fo.103.nu. 3.

in Legis dispositione appellatione hæredis continetur hæres vtiliter, puta bonorum possessor,vel etiam fideicommissarius. Aretin.in l. precibus.C.de impube.& alijs substi. fo.108.nu.6.

Lex in dubio conformari debet voluntati testatoris. Areti.in l.quidã. C.de neces. seruis hæred.fol.111.nu.1.

Legis dispositio præferẽs masculos fœminis.est iniqua. Aret.in l.maximum.C.de libe.præte.vel exhære.fo.112.nu.2. vide etiam ibi an filio pręterito competat ex l.omnimodo ius agendi ad supplementũ.

Legum correctio fieri non debet,vel subauditiones & tacitus intellectus. Are.in l.non licet.C.de libe.præte.vel exhære. fo.112.in nu.1.

Libellus generalis,qui parit obscuritatẽ, procedit parte nõ opponẽte. Aret.in l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acqui.pos.fo.34.nu.23.

in Libello vno quando plures deducuntur res , an tot dicantur esse libelli,quot sunt res:& quid si iudex fert sententiam super pluribus rebus,an dicantur esse tot sententiæ,quot sunt res. vide Areti. in l. scire debemus.ff.de verbo.obli. fo.99.nu.2.

Liber extimi non probat in præiudicium tertij.vide Areti.in l. decem stipulatus.ff.de verb.obl.nu.4.tu etiam vide,quę habentur in l.Celsus.C.de donatio.

Libellus sustinetur,in quo petitur a'iquis cogi & compelli condemnari ad dandum & soluendum certum quid. Aretin. in l.moribus.§. prius.ff.de vulga.& pup.fo.74.nu.16.

De ma-

requirantur ad purgandam moram ex parte actoris, vt conſequtur actio, vide eundem in d.l.in nu.4.

Mora creditoris ſicut non debet eſſe damnoſa debitori, ita ei lucrum auferre non debet. Are.in l.ſi mora.ff.ſolu.matri.fo.19.in nu.2.

Mora vtrum per interpellationem extraiudicialem contrahatur. vide eundem ibi in nu.6.

Mortes ciuiles equiparantur morti naturali. Are.in l.ſi ab hoſtibus.ff.ſolu.matri.fo.21.nu.1.tu autem ad hoc vide gloſſ.in c.placuit.xvj.q.j.& vide etiam Bar,& Bald.in l.Gallus.in §. & quid ſi tantũ.ff.de libe.& poſthumis.

Mulier non poteſt fungi officio publico, nec poteſt eſſe arbiter. Areti.in l.Velleiano.ff.ad ſenatuſcon.Velleia.folio 50.nume.1. Eſt autẽ lex illa ſeu magis reſponſum Vlpiani: qui ita dicit, Velleiano ſenatuſconſulto pleniſsime comprehenſum eſt, ne pro vllo fœminę intercederent: nam ſicut moribus ciuilia officia adempta ſunt fœminis, & pleraq; ipſo iure nõ valent; ita multomagis adimendum eis officium, in quo ſola opera nudumque miniſterium earum verſatur, ſed etiam peculium rei familiaris. hæc ille. Ex quo apertiſsime cognoſcere poſſumus, quanta fuerit veterum legumlatorũ prudentia, cùm ab officijs publicis voluerint mulieres abſtinere: quoniam in eis nulla viget prudentia nulla futuri conſideratio, nulla humanitas, nulla miſericordia: nihil rectum, nihil iuſtum diſcernit: mouetur tantùm libidine, & quadam animi inconſideratione impellente ad aliquid agendum. Quare optimè Diuus ille Chryſo.in ſermone decollationis Ioannis Baptiſtæ ſcripſit, Quid enim quis dicat? aut quomodo quis enarret mulierem illam crudelem, malitioſam? Ego quidem arbitror nullam eſſe in hoc mundo beſtiam cõparabilem mulieri malę. Quid inter quadrupedia animalia leone ſæuius? ſed nihil hac ferocius. quid in ſerpentibus dracone acrius? nec hic quidem cum muliere mala conferri poteſt: nam leo & draco in malo inferiores ſunt. Danielem leones in lacu veriti ſunt: iuſtum vero illum Naboth Iezabel interfecit. Cœtus Ionã in vẽtre cuſtodiuit. Dalida Sampſon circunuentũ illecebris, raſo etiã capite deformatum, alienigenis tradidit. Ioannem Baptiſtam in deſerto viuentem dracones & aſpides cornutæ ſubdita feritate tremuerunt: Herodias vero eidem caput abſcindere fecit, & tanti viri mortem in pretium ſaltationis accepit. O malum, ſummum, & acutiſsimum diaboli telum mulier. Per mulierem Adam ab initio in paradiſo cecidit, mulier ipſum exterminauit. per mulierem mitiſsimus ille Dauid, ſui militis innocentis Vriæ, epiſtolę dolo occidendum hoſtibus præſentauit. Mulier ſapientiſsimum Salomonem in præuaricationis ſacrilegium præcipitauit. Mulier fortiſsimum Sampſonem raſit, raſumq; excęcauit. Mulier caſtiſsimũ Ioſeph vinculis alligatum in carcerem truſit. Mulier Ioannem, totius mundi caput, capite truncauit. Quid dicam de hominibus, cùm mulier angelos de cœlo depoſuerit? Mulieris malitia omnes proſtrauit, omnes iugulat, omnes interficit, omnes elidit; mulier imprudens nemini parcit, non leuitam honorat, non ſacerdotem reueretur, non prophetæ defert. O malum omni malo peius mulier mala, ſiue illa pauper ſit, ſiue diues. ſi facultates habet, cooperatrices ſunt malitiæ ſuæ. O malum intolerabile, vipera irremediabilis, venenum inſanabile mulier mala: ſi iniuriam patitur, inſanit. ſi honorem accipiat, extollitur: ſi potentis vxor ſit, non ceſſat nocte ac die callidis ſimulare ſermonibus, blandit nequiter, & quod vult importuna, rapit violenter: ſi pauperem habeat virum, ipſum ad iracundias & rixas incitare non deſinit: ſi vidua ſit, omnes paſsim deſpicit, & ad omnem audaciam ſuperbia inflatur. Timor dei non refrenat linguam ſuam, nec irata futurum iudicium proſpicit, nec ad deum attendit. Hæc diuus ille aureus eloquentiæ fons: cuius verba multorum aliorum cùm Græcorum tum Latinorum exemplis & teſtimonijs comprobarem: niſi ſcirem hoc iampridem doctiſsimis quibuſque ſatis notum eſſe, ſed tamen ſi aliàs de re hac commode nobis tractandum occurrerit, id copioſiſsime faciemus. Nunc verò ad inſtitutum noſtrum redire cogimur: ſed hoc tantùm dicemus, ꝙ mulieres in dignitate conſtitutę poſſunt fungi officio publico: vt habetur in c.cum dilecta.extrà, de arbi, & per Bartol.in l.quidam conſulebat.ff.de re iudi.

Mulier ſoluens pro altero non habet ſenatuſcon.Velleia. Aret.l.quãuis.ff.ad ſenatuſcon.Velleia.fo.50.nu.5.

Mulier ſciens pro alio intercedere, non iuuatur Velleiano. Aret.in l.ſi mulier.ff.ad ſenatuſcon.Velleia.fo.52.nu.1.

Mulier prohibita obligari ex forma ſtatuti, prohibetur etiam obligari per viam quaſi cõtractus. Are.in l.ſi mulier.ff.ad ſenatuſcõ.Velleia.fo.52.nu.2.

Mulier ſi promittit pro creditore ſuo, non iuuatur Velleiano: vide pulchre in l.debitrix.ff.ad ſenatuſcon.Velleia.fo.52.nu.1.

Mulier quæ dicit ſe eſſe hęredẽ, cùm nõ ſit, quanquã iuuatur Velleia, tamen adeundo non iuuatur, quando eſt eis delata hæreditas. Aretinus in l. ſi mulier.ff.ad ſenatuſconſul. Velleia. folio 52.numero primo.

Mulier quando eſt decepta per dolum creditoris, tunc habet Velleianum, etiam ſi in conſequentiam pro alio obligetur: & in hoc æquiparatur minori. Aretinus in l.ſi mulier.in ij.no.ff.ad ſenatuſcon.Velleia.folio 52.nu.1.pro qua materia vide diffuſe per Firmanum in repertorio ſuo in ver.mulier contrahens.ver.iij. & vide totum illum verſi.

Mulier ex hoc ſolo, ꝙ eſt luxurioſa, eſt in cauſa, vt poſsit ſibi interdici bonis: quia præſumitur etiam prodiga. vide de hoc per Aret.in l.is cui bonis.ff.de verb.obli.fo.87.nu.9.

Mulier ſi non habet dotem, nec etiam habet vnde ſe alat, vtrum donec eſt vidua, debeat ali ab hæredibus viri. vide Are.in l.diuortio.ff.ſol.matri.fo.13.nu.4.

Mulier debet reuerentiam viro, tanquam capiti ſuo. ita Areti.in l.maritum.§.eleganter.ff.ſoluto matrimo.folio 23.numero 6.hoc idem etiam habetur in text.in c.cùm caput.xxxiij.q.v.c.ſi quis vxorem.xxxiij.q.j.c.non mœchaberis.xxxij.q.vj.& text.in c.duo pueri.de deſpon.impube.

Mulier vidua cùm nubit, cõtriſtat animam primi viri. ita dicit Aret.in l.moribus.ff.de vulga.& pupilla.fo.73.nu.10.ita etiam dixit d.Iaſon May.in l.ambiguitates.C.de indic.vidui.& idem etiam Bald.in auc.an relictum.in iiij.colũ.ver.ꝙ anima.C.de edic.di.Adri.tol. Inde ad hoc adaptari poteſt illud Chryſo.ſuper Mat.xix.homel.xxv.ſuper illud, Quicunq; dimiſerit vxorẽ &c. Omnis cauſa (inquit ipſe) per quas naſcitur, per quas abſoluitur cauſas: matrimonium enim non facit coitus, ſed voluntas: & ideo non illud ſoluit ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis.

Mulier habet tres ſpecies bonorum. vide Are.in l.maritus.C.de procura.fo.48.nu.3.

Mutuum non redditur in eadem ſpecie, nec in alio genere, & conſiſtit in rebus numeri, ponderis, & menſuræ: & ex eo dominium trãsfertur. Areti.in l.ij.ff.ſi certum peta.numero 1.folio 4. Inde eſt, quod dixit Paulus in d.l. Mutuum damus recepturi non eandem ſpeciẽ, quam dedimus: alioquin aut commodatum erit, aut depoſitum: ſed idem genus. Nam ſi aliud genus, veluti vt pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum. Mutui datio conſiſtit in his rebus, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt: quoniam earum datione poſſumus in creditum ire: quia in genere ſuo functionem recipiunt per ſolutionẽ magis, quàm per ſpeciem: nam in cæteris rebus ideo in creditum ire non poſſumus, quia aliud pro alio inuito creditore ſolui poteſt.

Mutui de eſſentia eſt, quòd debeat transferri dominium. ita Areti.in d.l.ij.numero 4.folio eodem. Propterea idem iuriſconſultus dixit, Appellata eſt autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit. & ideo ſi non fiat tuum, non naſcitur obligatio. & vide etiam ad hoc Bar,in l.j.§.per ſeruum.ff. de vſu & habita. & per eum in l.vbi ita donatur.ff.de dona.cauſa mor.

in Mutuo ſolutio non debet de neceſsitate fieri in eadem ſpecie. vide in l.ij.ff.ſi cer.pet.nu.9.fo.5.

Mutuum de ſui eſſentia & formalitate requirit, quòd habeat certitudinem. vide Are.in rubri.de re.cre.nu.6.fo.2. & confirmatur in l.ij.j.eodem.

Mutuum naturale contrahitur per fictam numerationem, ſicut per veram. Are.in l.ij.ff.de re.cre.nu.16.fo.5.

Mutuum ſicut habet multa ſingularia, ita etiam habere debet ſingularem actionem. Are.in rubri.de re.cre.nu.7.fo.2.

Mutuum ſi fiat de maiori ſumma, & non poteſt valere in toto, valet in eo, in quo valere poteſt. ita Are.in l.ſi à furioſo.ſi cer.peta.fo.14.nu.10.

Mutuum inducitur ex ſolo iuſſu facto debitori de ſoluẽdo alteri, vnà cum promiſsione ſecuta. Areti.in l.ſi me & Titium.ſi cer.pe.fo.21.nume.2.

Mutuum nunquã contrahitur, vbi dominij translatio impeditur. Arc.in l.eius qui.ſi cer.pe.fo.23.nu.7.

Mutuum contrahere volens in certa ſumma, ſi non poteſt contrahere in toto, valet contractus in eo, in quo poteſt. Are.in d.l.eius qui.fo.eodem.nu.8.

de Mutui eſſentia eſt, vt qui accipit mutuo, obligetur ad mutuum reddendum in futurum. Are.in l.ſtipulationum aliæ.§.ſtipulatio.ff.de verb.obli.fo.84.nu.10.

Mutatio quæ fit ex naturali ordine inducto ex iuris diſpoſitione, non facit videri aliquem nouũ hominem. Are.in l.filius à patre.§.filiuſfamilias.ff.de libe.& poſthu.fo.46.nu.6.

Mutus contrahere poteſt matrimonium. vide Areti.in l.ex facto.ff.de vulg.& pupil.fo.112.in nu.2.

Mutus & ſurdus an poſsint contrahere, vide per Are.in l.mutum.ff.de acqui.hæredi.fo.127.in nu.2.& vide etiam Alex. de Imo.& Ang.in l.item quia.ff.de pac.

Mutus ſi intellectu careret, non acquireretur ſibi hæreditas per filium vel ſeruum. Areti.in l.pater quoties.ff.de acquiren.hæredi.fol.192.numero 1.

Narratio determinatur à conclusione. Are. in l. ait prætor. ff. de iureiur. fo. 28. nu. 17.

Naturalis possessionis acquisitio est de iure gẽtiũ antiquiori iure ciuili. vide Are. in l. j. ff. de acqui. pos. fo. 4. nu. 15. & limitatur hoc per eum ibi in nu. 16. & 17.

Natura huius dictionis, siue, est, ꝙ disiungat sensum in verba. Are. in l. qui liberis. ff. de vulg. & pup. fo. 78. in nu. 2.

Necessitas primi hæredis, qui necessario cogebatur adire, non tollitur per dationem substituti vulgaris. Are. in l. si solus. ff. de acqui. hęre. fo. 178. in nu. 2.

Negligentia in non vtendo vel prosequendo ius suum, non inducit tacitum consensum verum, sed fictum, & interpretatiuum. Are. in l. locus. ff. de acqui. pos. fo. 50. nu. 2.

Negatio incontinenti reuocari potest. Aret. in l. stipulatio. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obli. fo. 69. nu. 14.

Negatiua dicitur illa, quæ dicit priuationem, & nõ ens. Affirmatiua autem, quæ dicit vel ponit aliquod ens. Are. in l. in illa. ff. de ver. obl. fo. 89. nu. 4.

ex Negatiua qui intentionem suam fundat, debet eam probare, vt possit agere. Are. in d. l. in illa. ff. de verb. obl. fo. 88. nu. 2.

Negatio coarctata regulariter probari non potest. Are. in l. necis. ff. de acqui. hære. fo. 121. nu. 1.

Negatiua coarctata loco & tempore cadere potest in scientia testis. Are. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquiren. hęre. fo. 136. numero 8.

Negatiua probatur per inspectionem libri publici. Are. in l. qui accusare. C. de eden. fo. 12. nu. 4.

Nepos an succedat in suitate filij ab intestato. vide Aretinũ in l. si quis posthumos. ff. de libe. & posthu. fo. 32. nu. 6.

Nepotes ex auo materno præteriti, ab ipso auo possunt dicere testamentum nullum. ita Oldr. in consi. xl.

Nepotis appellatione, licet ex proprio significatu non comprehendatur pronepos, dispositio tamen facta de nepote extenditur ad pronepotem. Are. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & posth. fo. 49. nu. 9.

Nepos viuente auo nõ est in potestate patris, sed ipsius aui. & ideo debet ab eo institui vel exhęredari, & auo est suus hęres. vide Are. in l. filiusfamilias. ff. de acqui. hære. fo. 192. nu. 1.

Nobilitas alia est animi, alia generis, alia vero mista, id est animi & generis: alia etiam dicitur politica. Nobilitas animi est dignitas quædam & splendor ex virtutis amore, prosecutione, & obseruatione procedens: vnde veteres Philosophi eos solos nobiles agnoscebãt, qui virtute præditi fuissent: & profecto hæc est vera nobilitas: nã quid turpius esse potest eo, qui se nobilem esse existimat, cùm sit omni virtute priuatus? & vt inquit diuus Chrysostom⁹, super illud Matt. iiij. Patrem habemus Abraham. Quid enim prodest ei, quẽ sordidant mores, generatio clara? aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? ipse enim se vacuum ab omnibus bonis ostendit, qui gloriatur in patribus. Quid profuit Cham, quòd fuerit Noë filius? nõnne separatus de medio filiorum? qui secundũ carnem frater fuerat natus, secundùm animam factus est seruus? nec familia eius sancta potuit defendere impios mores. Item idem Chrysostomus ibidem hanc auream sententiam subiunxit: Stannum de argento egreditur, sed non est argentum. Itaque argentum colatum seruatur, stannum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem nasci. qui enim de claro genere clarus nascitur, gloria claritudinis eius non est eius solius, sed communis videtur: qui autem de cõtemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius solius est. qui verò de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis solius eius non est, sed etiam generis: qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudo est eius solius. Ideo melius est, vt in te glorietur parentes, quàm tu in parentibus glorieris, & hæc quo ad nobilitatem animi satis in præsentia: plura etiam inferius de ea forsitan dicemus. Nunc autem dicamus, quid sit Nobilitas generis. Est autem generis nobilitas, qualitas quædam, seu dignitas, emanans & descendens à corruscatione clari sanguinis à parentibus principium & originem sumens, & in liberos legitimos per carnem continuata. ita dicit Car. in cle. ij. in priu. de sen. excom. Vnde hi, quorum maiores fuerunt clari, & dignitatibus decorati, possunt dici nobiles, licet non sint diuites, abundantes, & copiosi.

Nobilitas vero mista, scilicet animi & generis, est qualitas quædam proueniens à corruscatione sanguinis, à parentibus & maioribus initium habens, virtutibus inde probis, ac optimis moribus præfulgens. Hęc autem iudicio doctorum hominum cęteris omnib⁹ tanquam excellentior, præstãtior, elegantiorq́ anteferenda est. vt probatur in auẽ. itaq́. C. commu. de success. & in c. j. de treug. Est etiam nobilitas quędam, quæ politica seu ciuilis appellatur: quæ est qualitas seu dignitas quædã collata per principem, seu principatum habentem: qua quis honestior plebeio demonstratur. Et differt hæc à nobilitate illa animi: quia potest initium suum habere à causa seu bona, seu mala: iusta, vel iniusta: æqua, vel iniqua: virtuosa, seu vitiosa: ad principis conferentis nutum, vt inquit Barto. in l. j. columna nona. ad fi. C. de digni. libro xij. Quinimo fortius dixit Pius pontifex maximus in quadam sua epistola ad Marianum socium: In nobilitate multi sunt gradus mi Mariane: & sane si cuiuslibet originẽ quæras, sicut mea sententia fert, aut nullas nobilitates inuenies, aut admodum paucas, quæ sceleratum non habuerint ortum: cùm enim hos dici nobiles videmus, qui diuitijs abundant: diuitiæ verò raro virtutis sunt comites: quis non videt ortum nobilitatis esse degenerem? hunc vsurę ditarunt, hunc spolia, seditiones, proditiones alium: hic beneficijs ditatus est, ille adulationibus: huic adulteria lucrum præbent, nonnullis mendacia prosunt: quidam faciũt ex coniuge quæstum, quidam ex natis: plerosque homicidia iuuant. rarus est, qui iustè diuitias congreget, nemo fascem amplum facit, nisi qui omnes metit herbas. Congregant homines diuitias multas, nec vnde veniant, sed quàm multæ veniãt, quærunt. omnibus hic versus placet: Vnde habeas, quærit nemo, sed oportet habere. Postquam vero plena est arca, tunc nobilitas poscitur, quæ sic quæsita, nihil est aliud, quàm præmium iniquitatis. Maiores mei nobiles habiti sunt: sed nolo mihi blandiri, non puto meliores fuisse proauos meos alijs, quos sola excusat antiquitas: quia non sunt amplius in memoria eorum vitia. Mea sententia nemo est nobilis, nisi virtutis amator: non miror aureas vestes, equos, canes, lautas mensas, ordinem famulorum, marmoreas ædes, villas, prædia, piscinas, iurisdictiones, syluas: nam hæc omnia stultus assequi potest: quem si quis nobilem dixerit, ipse fiet stultus. Hæc Pius pontifex: ex cuius verbis aperte constat, eam quam prædixi animi nobilitatem, veram nimirum esse nobilitatem: cæteris abiectis respectiuè, tanquam vt plurimum ex causa originem trahentibus: ipsa sola animi nobilitate à virtutibus sui exordium fundamentumq́ue sumente: vt diximus. Et hæc de nobilitate dicta in præsentia sufficiant.

Nobilius & beatius est dare, quàm accipere. vnde dicit Hostien. ꝙ nobilitas est in dando vltra promissum. in c. j. de donationibus. Pauca vero debent recipi. de simo. & si. quæstiones. Et dicit vetus prouerbium, Neq; omnia, neq; semper, nec ab omnibus: inhumanum est enim à nemine accipere, sed passim omnia, semper, & à quolibet, vilissimum & auarissimum est. ff. de officio procon. l. solent. §. j.

Nolens iurare vel referre habetur pro confesso. Are. in l. manifeste. ff. de iureiur. fo. 37. nu. 2.

Nominatim expressum id dicitur, quod saltem in sua specie exprimitur, quæ non communicat alteri. Are. in l. maximum remedium. ff. de iureiur. fo. 26. nu. 5. & vide etiam eundem Are. in l. certum. ff. si cer. pe. fo. 8. nu. 4.

Nomina propria non habent etymologiam, quoniam imponuntur ad placitum. Are. in rubri. ff. solu. ma. fo. 4. nu. 3. vide etiam ibi in nu. 4. an sola nominatio probet aliquem esse ciuem alicuius loci.

Nominatim aliquid fieri quando dicatur. vide Are. in l. Titius testã. ff. de libe. & posthu. fo. 43. in nu. 2.

Nomen hæredis large comprehendit etiam bonorum possessionem. Are. in l. hæredes autem. ff. de vulg. & pup. fo. 64. nu. 5.

Nomina debitorum sunt quædam species, à rebus corporeis distinctæ. Are. in l. vetera. ff. de leg. j. fo. 263. nu. 1.

Nomen debitoris cùm legatur, hæres non tenetᷣ ad aliud, quàm ad cedendas actiones. Are. in l. seruũ filij. ff. de leg. j. fo. 266. nu. 5.

Nomina sunt notæ rerum, & per ea res cognoscimus. vt l. ad recognoscendum. ff. de ingenu. & manumis. & per Bar. in l. Labeo. §. idem Tubero. de supel. lega. nam quod differt nomine, solet differre effectu: vt l. item. C. de codicillis.

Nostrum proprie dicitur esse id, quod non est alteri cõmune. Are. in l. naturaliter. ff. de acquir. pos. fo. 30. nu. 5. & vide ad hoc Archi. in c. res ecclesiæ. xij. q. j. vbi quærit, quæ dicatur res propria. & dicit, ꝙ illud dicitᷣ propriũ, quod est meũ, & ad aliũ non pertinet: & dicitur propriũ, quasi porro priuatũ. & vide etiam Fely. in c. insinuante. de officio dele. in ij. col. nu. 3. qui hoc idem recitat.

Notorium inducitur ex actis. Are. in l. exitus. ff. de acqui. pos. fo. 58. nu. 2. & vide etiam ibi in nu. 3. ꝙ notorium & sententia ęquiparantur, quo ad effectũ declaratiuũ: licet non quo ad effectũ inductiuũ, vel prohibitiuũ: q̃n prohibitio debet fieri ab homine. & vide etiam ibi in nu. 4. quando acta faciant notorium.

Notarius in confectione instrumenti debet esse rogatus. Are. in l. sciendum. ff. de verb. obli. fo. 101. in nu. 1. tu vide etiam Bal. in rub. C. de fide instr. & Ang. Are. in proœmio Insti.

Notarius creatus ab Imperatore, vbiq; terrarum potest conficere instrumenta. ita dicit Spec. in titu. de instr. edi. in §. restat. ver. & nota. item ibi ver. Papæ. ꝙ Papæ & Imperatori totus orbis est subiectus. vbi vide de imperio, & de donatione Constantini. itẽ ibi versi. illud autẽ. quòd imperium est ex diuina institutione, & non potest

supprimi, quòd temporalis iurisdictio est in Imperatore, tanquam in radice &c.

Notorium quamuis releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi. Are. in l. necessarijs. ff. de acquiren. hær. fol. 166. nu. 5.

Notarius vti nõ potest signo alterius, sed debet vti signo proprio. Are. in l. ad testium. §. si ab ipso. ff. de testa. nu. 5.

Notarius nunquid teneatur instrumentũ semel editũ, iterum edere. vide Are. in l. vnum testamentũ. ff. de testa. fo. 222. nu. 2.

Notarius habetur loco testis in testamento. Are. in l. seruus licet. ff. de testa. fo. eo. nu. 3.

Notarius nunquid possit signum & subscriptionem alteri cõmittere. vide Are. in l. singulos. ff. de testa. fol. 224. nu. 1. dicit etiam ibi idem Are. ꝙ vbicunq; fieri debet aliquid ad solennizandum aliquẽ actũ, illud tale per alium similem expediri non potest.

Nouatio hodie non fit per interuentũ nouæ personę, nisi expresse agatur. ita habetur per Are. in l. singularia. si cer. pet. fo. 16. nu. 13. & probatur per tex. in §. præterea. Insti. qui. mo. tol. obli. & vide etiã eundem Are. in l. ex duobus. ff. de duo. reis.

Nouatio fiebat de iure antiquo interuentu nouæ personæ. Aret. in d. l. singularia. fo. 16. nu. 13.

Nouatio facta ab vno ex reis credendi, non officit alteri. Are. in l. quã. uis. ff. ad senatuscon. Velleia. fo. 51. nu. 8.

Nouatio non præsumitur, quando in secunda stipulatione deducitur diuersum ab eo, quod erat in prima. Are. in l. si seruum. §. effectus. ff. de verb. obli. fo. 112. nu. 25.

Nouatio dicitur esse vnius obligationis in aliam transfusio. Aret. in d. l. si seruum. §. effectus. ff. de verb. obli. fo. 113. in nu. 27.

Nouationis triplex est species. vide Are. in l. iudicio. C. de iudicijs. fol. 63. nu. 3.

Nuncius si refert se citasse, præsumitur omnia solenniter acta. Aret. in l. sciendum. ff. de verb. obli. fo. 103. in nu. 16.

Numerus liberorum vel electio facta in subsidium ad aliquod officiũ, non videt approbare personam electam. Are. in l. in cõsi. C. qui & aduer. quos in integr. resti. non po. fo. 59. in nu. 2.

OBlatio, ad hoc vt liberet debitorẽ, interitu secuto, oportet eam fieri creditori congruo loco, & tempore. Primũ probatur in l. si soluturus. in fi. ff. de solu. vbi Africanus iurisconsultus ita dicit (libet enim mihi illorum veterum iurisconsultorum verba apponere: qm̃ scio ex ijs multa percipi posse, quę huiusce legalis scientię studiosis magnũ decus allatura sunt. ait igitur ipse Africanus) Si soluturus pecuniam tibi iussu tuo signatam, eam apud nummularium, quoad probaretur, deposuerim: tui periculi eam fore Mela li. x. scribit. quod verũ est: cùm tñ & illud maxime spectet, an per te steterit, quominus incontinenti probaretur: nam tunc perinde habendum erit, ac si parato me soluere, tu ex aliqua causa accipere nolles: in qua specie non vtiq; semper tuum periculũ erit, quid enim, si non opportuno tempore, vel loco obtulerim? His cõsequens esse puto, vt etiã si emptor nũmos, & venditor mercẽ, ꝙ inuicẽ parũ fidei haberent, deposuerint: & nũmi emptoris periculo sunt, vtiq; si ipse eum apud quem deponerent elegerit, & nihilominus merx quoq;, quia emptio perfecta sit. Hęc ille. Secundũ vero probatur in l. qui Romę. in prin. in tex. & glos. de verb. obli. vbi Alex. de Imo. omnino videas, & etiã eundem de hac materia loquentẽ videre poteris in l. qui decẽ. de solu. & Fran. Are. in l. quod te. si cer. pet. in nu. 7. fo. 8. Sed quoniã superius Africanus dixit, pecuniã apud nũmulariũ posuerim &c. disserere libet mihi copiosius de nummulario, deq; nũmaria ratione. Est igit nũmularius, quem Græci tum κολλυβιστὴν tum etiam τραπεζίτην appellant, hoc est cãpsor pecuniarũ, item qui nũmos cudit, qui & monetarius appellat. Sunt autem nũmularij & mensarij minutiores, nõ tenẽtes libros, in quibus data, acceptaq; scribunt. Nũmus autẽ Gręcũ est vocabulũ, νόμισμα, à Latinis tamẽ passim vsurpatum. Horatius, Regale nomisma Philippos. Ab hoc nũmius deducitur, vna litera addita, vt positura syllaba producatur. Nomisma autem ἀπὸ τοῦ νόμου, quod est lex, deriuatur: quia cùm permutatione vti homines solerent, lege numi vsus introductus est: quapropter nostri numum monetam appellauere, quòd signo numismatis monerentur, cuius pretij esset. Numus autem generaliter omnem pecuniam significat: vnde numum aureum dicimus, numum argenteum, numum denarium, numum quinariũ, numũ victoriatũ, & similia: item as, numum libralem, dipondiũ, numũ bilibrem. Petronius, Quisquis habet numos, secura nauiget aura: hoc est, quisquis habet pecuniam. Quoties tamen numum simpliciter ponimus, pro denario accipimus: qui erat vigintiquatuor siliquarum: siliquę tres scrupulum faciebant. Denarius autem vocitatus est, quòd hic numus pro decem libris æris cõstitutus sit: sicut quinarius pro quinq;: sestertium pro dipondio, ac semisse. Sed Annibale Romanos vrgẽte, cùm Q. Fab. Max. Dictator esset, asses vnciales facti sunt: placuitque denarium sexdecim assibus permutari, quinarium octonis, sestertium quaternis. In militari tamen stipendio semper denarius pro decem assibus datur. Et hæc de numo in præsentiarum satis sint. aliàs forsitan copiosius de re hac disseremus.

Obligatio non causatur proprie ex delicto, quemadmodum ex contractu. Are. in l. certi condictio. si cer. pe. fo. 9. nu. 2. Ratio autẽ est, quia licet causetur obligatio ciuilis, nõ causatur tamen naturalis, quę ex cõsensu oritur. ita no. in l. j. §. bestias. ff. de posthu. & in l. si seruus. ff. de his qui no. infa. Et nota, ꝙ obligatio ex delicto, & obligatio ex contractu ęquiparantur in his, in quibus est eadem ratio. ita dixit Bar. in l. hæres. §. si tutelam. ff. de iudi. Et aduerte, ꝙ do. Bar. in l. si vnus. §. pactus. in vlti. col. ff. de pac. dixit obligationem ex delicto tolli per pactum ipso iure.

Obligatus ad factum, per iuramẽtum, potest cogi ad factum præcise. ita Are. in l. iusiurandum. de iureiur. fo. 31. nu. 8.

Obligatus ad factũ successiuũ, quod nõ potest impleri incontinenti, licet non possit agere ex trãsactione, potest tamẽ excipere, quousq; non cõtra facit. Are. in l. dedi tibi. ff. de condi. ob cãm. fo. 43.

in Obligatione ad rem dari, vel rem reddi, etiã perempta re, nõ succedit obligatio ad æstimationem, quo ad petitionem. Are. in l. cũ seruus. ff. de condic. ob causam. fo. 43. nu. 4.

Obligationi naturali accedere potest fideiussor & pignus. Are. in l. naturaliter. ff. de condic. inde. fo. 45. nu. 2.

Obligatio quæ confirmatur dispensatiuè, non parit actionem directã, sed vtilem. Are. in l. ait prætor. §. impuberes. ff. commo. tol. eodem. numero 3.

Obligatio vbicunq; inducitur à lege, vel subauditur in contractu, illa semper dicitur tacita, & non expressa. Are. in l. si is qui. ff. commo. fo. 46. nu. 4.

Obligatio de sui natura est diuidua: indiuidua autem per relationem ad pœnam. Areti. in l. si necessarias. ff. de pigno. actio. folio 47. numero 2.

Oblatio facta in iudicium, tantùm valet, quantùm oblatio, consignatio, & depositio extraiudicialis, quia liberat ipso iure debitorem ab obligatione. Are. in l. si rem alienam. §. qui ante. ff. de pig. actio. fol. 47. in nu. 6.

Obligatio prima neq; tollitur, neq; nouatur per litis contestationem. Are. in l. solutum. ff. de pigno. actio. fo. 47. nu. 1.

Obligatio realis transit contra quęcunq;, non solũ in re principaliter obligata, sed etiam in accessorijs. Areti. in l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pigno. actio. fo. 48. nu. 4.

Obligatio principalis directa, licet extinguatur, nõ extinguitur tamen obligatio accessoria pignoris vel hypothecæ. Are. in l. aliquando. §. de pignoribus. ff. ad senatuscon. Velleia. fo. 51. nu. 2.

Obligatio accessoria eiusdẽ speciei, extinguitur extincto principali, etiam si vtilis actio principalis ipso iure sit restituta. Aret. in d. l. aliquando. §. si sub conditione. ff. eo. fo. 51. nu. 4.

Obligatus pro altero soluens, non videtur in dubio velle dissoluere, nisi suam obligationem: propterea potest semper petere, vt sibi cedantur actiones, etiam ex interuallo. Are. in l. si quis alicui. ff. man. fo. 60. nu. 4.

Oblatio facta in iudicio, licet consignationis & depositionis vim habeat, limitatur tamen, nisi fiat minori. Are. in l. procurator. ff. mandati. fo. 62. nu. 1.

Obligatio ciuilis vel naturalis, non oritur, vbi deficit essentialis forma contractus. Are. in l. stipulatio. §. si quis ita. ff. de verborum obliga. fo. 67. nu. 14.

Obligatio inualida non validatur per guarentigiam. Aret. in l. stipulatio. §. si quis ita. ff. de verb. obl. fo. 68. nu. 19.

Obligatio perpetuat per culpam cõmissam in faciendo, non solũ respectu cõmittentis culpã, sed etiã respectu successorum suorũ. Aret. in l. si seruum. §. nũc videmus. ff. de verb. obl. fo. 112. nu. 19.

Oblatio verbalis nunquid sufficiat ad constituendũ creditorem in mora. vide Are. in l. qui Romæ. ff. de verb. obl. fo. 136. nu. 1.

Obligatus aliquid facere, intra præfixum aliquem terminum, potest differre vsque in finem termini. Are. in l. insulam. ff. de verb. obli. fo. 146. nu. 1.

Obligatio ciuilis vel naturalis non oritur ex stipulatione alteri facta. vide Are. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verb. obli. fol. 146. in nu. 7.

Obligatio alternatiua dicitur continere vtranque rem in obligatione. Are. in l. si duo rei. ff. de verb. obl. fo. 147. nu. 2.

in Obligatione, rem dari, non extinguitur obligatio, nec actio prima, si aliquid deficit ipsi actioni. Aret. in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verbo. obliga. folio 153. in nume. 2. & vide ibi in nume. 3. quòd quandocũq; ex obligatione, rem dari, res debetur, obligat dare debens ad cauendum de euictione. Qualiter autem in obligatione dãdi prouideri possit vni ex hæredibus, vel in obligatione faciendi, vide Areti. in l. continuus. §. si vt aliquid. ff. de verbo. obliga. fol. 172. nu. 16.

Obligatio pura, & purificata, quæ prius fuerat cõcepta sub cõditione, sunt

& 2. & ibi etiam in nu. 3. ponit differentiam inter seruum heredem, & hæredem putatiuum.

Pactum siue antecedat, siue sequatur, informat veterem contractum. Are. in l. petens. C. de pac. fo. 23. nu. 1.

Pactum certum incontinenti post stipulationem incertam appositum, declarat stipulationem. Aret. in d. l. petens. C. de pact. folio 24. nu. 3. Quærit item ibi in numero 5. an ex pacto nudo de iure canonico detur actio.

Promittens de vna ciuitate in aliam proficiſci, infra certũ tempus, ſtipulationi ſatisfacit, ſi intra terminum incipiat proficiſci, licet iter non compleuerit. Areti. in l. qui Romę. §. Callimachus. ff. de verb. oblig. fol. 138. in nu. 7.

Promisſio facta ex cauſa turpi de præterito, vel de futuro, an ſit ipſo iure nulla. vide Areti. in l. ſi plagij. ff. de verborum obliga. fol. 145. numero 2. & 3.

Prouiſio hominis impoſsibilis non tollit legis prouiſionem. Aretinus in l. ſi ita ſtipulatus. §. ſi ita ſtipulatus fuero. ff. de verborum obliga. fo. 149. nu. 15.

Promisſio de defendendo, cõtinet factum indiuiduum, vt per Areti. in l. cùm ex cauſa. ff. de verb. obli. fo. 174. nu. 2.

Promisſio à duobus facta, in dubio intelligitur pro virili, nõ inſolidũ. ita Are. in l. his verbis. ff. de duo. reis. fo. 182. nu. 2.

Probatio ſumitur nonnunquam pro præſumptiua, & coniecturali probatione. Areti. in l. ſi poſthumus. §. ſi quis ita. ff. de lib. & poſthu. fol. 37. nu. 7.

Probatio quę fit per coniecturas, an dici poſsit euidens. vide Areti. in l. ſi plures. ff. de vulg. & pup. fo. 94. nu. 6.

Probatio ætatis fit quandoq; ex aſpectu. ita Are. in l. ſed & ſi de ſua. ff. de acqui. hære. fo. 156. nu. 4. vide etiam eundem in d. l. in nu. 3. vbi dicit, quòd præſumitur quiſq; viuere vſque ad centum annos, niſi probetur de morte.

Procurator accipitur quandoq; pro eo, qui gerit negotiũ alterius ſine mandato. Aretinus in l. Pantonius. ff. de acquiren. hæredi. fol. 185. numero 1.

Promisſio facta in carcere. nunquid valeat, ſi carceratio fuit iuſta. vide Areti. in l. qui à latronibus. ff. de teſta. fo. 208. nu. 4.

Procurator licet vere ſit conſtitutus procurator, ſi tamen hoc ignorat, non poteſt aliquid gerere in præiudicium do. Are. in l. qui in domini. ff. de teſta. fo. 210. nu. 1.

Procurator an & quibus caſib⁹ poſsit ſubſtituere. Are. in l. quod quis. C. de procura. fo. 46. nu. 2. item dicit ibi idem Aret. ꝙ ſubſtituẽs nõ dicitur amplius procurator.

Procurator conſtitutus ad agendum in cauſa principali, videtur etiam conſtitutus ad appellandum. Areti. in l. inuitus. C. de procu. fo. 47. nu. 1. & ibi etiam quærit idem Are. nunquid procurator teneatur proſequi appellationem interpoſitam.

Procurator conſtitutus ad vnam cauſam, nunquid poſsit proſequi in cauſa appellationis. Aretinus in l. inuitus. C. de procura. folio 48. numero 4.

Procuratoria exceptio, quæcũq; ſit, dicitur eſſe declinatoria de ſui natura, quę debet opponi in principio iudicij. Are. in l. licet. in princi. C. de procura. fo. 48. nu. 1. Quæ autem inter procuratorias exceptiones ſit prima, vide ibi in nu. 2. item habes ibi in numero 3. quòd procurator poteſt interrogari à principio, vtrum habeat mandatũ: & ſi non oſtendit mandatum, repelletur: quia omnis ille, qui facit actum nomine alieno, & tanquam procurator alterius, debet oſtendere mandatum, ſi petitur ab eo.

Procurator actoris, & apud acta cõſtitutus, cauent defendendo in cauſa recõuentionis. Are. in l. non eſt. C. de ſatiſda. fo. 60. nu. 2.

Procurator contra perſonas conſtitutus non videtur contra collegia & vniuerſitates conſtitutus. vide Aret. in l. principalis. C. de iur. calum. fo. 62. nu. 14.

Proprietatis & poſſeſsionis cauſa terminari debet corã eodem iudice, etiam d[illegible]gato. Are. in l. nulli. C. de iudi. fo. 64. nu. 2.

Procurando & aduocando dicitur quis præſtare auxilium, & fauere delinquenti. c. ſi aduerſus. extrà, de hære. quod eſt vtile ad ſtatuta, quib⁹ cauetur, ꝙ ſi quis præſtiterit auxilium vel fauorẽ delinquenti vel bannito, puniatur tali pœna: nam procurando & aduocando dicitur quis præſtare auxilium & fauorem: ſimiliter teſtificando & fideiubẽdo pro eo. l. poſt legatum. §. ſunt qui putant. ff. de his qui. vt indignis. vbi dicit Bart. Conſulo tibi, ne pręſtes aduocationem, nec ſis fideiuſſor banniti, niſi iudice præcipiente. de quo etiã habetur in c. cum P. extrà, de accuſa. facit etiam quod habetur in cle. ſi. in fi. de pœnis. in c. ſicut. vbi glo. magiſtra. de homicidio. Adde prędictis Ioan. An. in c. ij. in verſi. defenſores. in nouella. in verſiculo, aduocati. de hæreti. libro ſexto. vbi etiam refert d. Domi. in v. colũ. vbi dicunt, ꝙ ſi aduocati hæreticos defendendo excuſant eorũ exceſſum, dicuntur fautores. habita tamen conſideratione perſonarũ, temporum, & locorum: quia iſta omnia ad vnguem perſtringi nõ poſſunt: quãdoq; enim prouocant verba ſimplices ad amorem hæreticorum, & deuotionem quam habent ad eccleſiam, minuunt & eneruant. Et ꝙ iſti falſi excuſatores fauere dicantur, patet xj. q. iij. timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Et Epiſcopi, qui Lothario adhæſerunt, fuerũt cõdemnati, vt eius fautores. ij. q. j. in c. ſi. & canon dicit, offuſcatis excuſationibus, eius crimina tegere videtur. xj. q. iij. ita corporis tui. & ex his duobus capitulis dixit colligi coloratè defendentẽ fauere: ſed vbi eſſet lubricũ linguæ, quod ad damnũ vel pœnã trahi nõ debet, non nocet. in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſta. nec obligãt, quę per iocum dicũtur. ff. de act. & obliga. l. obligationum ſubſtantia. xxij. q. ij. quod ait.

Proteſtatio, quæ ſequitur, incontinenti in eodem contextu orationis, cum facto, ſemper reddit actum nullum, licet pars non conſentiat proteſtationi. Areti. in l. ſtipulatio. §. ſed ſi mihi. ff. de verbo. oblig. fo. 70. nu. 34.

Proteſtatio quæ fit ſuper his, quæ pendent à noſtra voluntate ſimpliciter, poteſt fieri in abſentia cuiuſlibet, quia non requirit præſentiã partis. Areti. in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acquiren. hæredi. fol. 131. nu. 9.

Proteſtatio vtrum procedat in principio actus, vel ponatur in fine ante actum habitum pro completo, nihil refert: quia in complemẽto contractus & abſolutione omnia ſimul videntur facta. Aret. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. j. fo. 241. nu. 1.



Vantitas nunquid dari poſsit pro genere. Areti. in l. ij. ff. ſi cert. pe. fol. 5. nu. 10. pro qua etiam vide Bar. in d. l.

Qualitas noua quæ adijcitur contractui, vel obligationi, ſiue actioni, quando pręſupponit de neceſsitate veterem obligationem, tunc per additionem qualitatis, & diuerſitatem formæ, & medium concludendi, non inducitur noua actio. hæc Bart. in l. denunciaſſe. §. quod tamen. in ij. col. ff. de adul. & etiam in l. iij. §. cui congruit. & ibi per glo. ff. de peculio. vide Are. in rubri. de re. credi. nu. 5. fo. 2.

Qualitas cõtractus denominatur à principali propoſito cõtrahẽtium: & ꝙ principale propoſitũ inſpicitur, nõ ſolum ad diſcernendũ quis contractus ſit. vt l. j. §. idem Pomponius. ff. depoſi. ſed etiam ad alternandam naturam contractus extra terminos ſuos. ita Aret. in l. ſi quis. ſi cert. peta. nu. 2. fo. 7. concor. tex. in l. qui exceptio. in prin. ff. de condi. indebi.

Quantitas quãdo petitur vt ſpecies, tunc non poteſt fieri de ſpecie ad quãtitatem cõpenſatio. Are. in l. cùm fundus. ſi cer. pe. fo. 21. nu. 8. ſecũda ma. & ad hanc materiam vide quæ habentur per Dy. Inſtit. de actio. §. in bonæ fidei. & etiam vide quę ponit do. Pe. Phi. Cor. in conſi. ſuo cccxxij. incip. licet. in litera a. in iij. parte. & vide etiam conciuem meum Pau. de Caſt. in conſi. viij.

Quando fit ſolutio procuratori in rem ſuam, dominus poteſt habere ratam ſolutionem, vt ipſe obligetur cõdictione indebiti, & liberetur procurator. vide Areti. in l. ſi procuratori. ff. de condit. ob cauſam. fo. 41. nume. 2.

Quando ex natura rei periculum faciliter poteſt contingere, præſumitur caſus fortuitus, & non culpa. Are. in l. ait prætor. §. cuſtodiam. ff. commoda. fo. 45. nu. 11.

Quando quis tenetur curare & facere, ꝙ alter habeat rem ſuam, intelligitur ꝙ hoc fiat ſuis ſumptibus & expenſis. Are. in l. ait prætor. §. nunc videndum. ff. commo. fo. 46. nu. 13.

Quando quis committit cuſtodiã rei ei, qui communiter reputatur diligens, excuſatur à caſu. Areti. in l. argẽtum. ff. commo. fo. 40. nu. 1. Sunt autem verba illius l. ſiue reſponſi (debent enim reſponſa potius, quàm leges dici) Pauli illius iuriſconſulti, conciuis mei ſapientiſsimi, qui ita ait: Argẽtum cõmodatum, ſi tam idoneo ſeruo meo tradidiſſem ad te perferendum, vt non debuerit quis æſtimare futurum, vt à quibuſdam malis hominibus deciperetur: tuum, non meũ detrimentũ erit, ſi id mali homines intercepiſſent. Hæc illæ. Eſt aũt lex hęc pulcherrima, & ſcitu vtiliſsima, pro cuius ampliori intelligentia, vide Io. An. in addi. in rub. de loca. & vide Bald. in l.

sis cui.C.de fur.& Ange. in l. si à bonæ fidei.ff. de rei vendica. & Ange.in l.si finita.§. si iam fuerint.ff. de damno infect. vbi limitat hãc legem:& sequitur ibi Ioã.de Imo.& vide Ludo. Ro.in l. si ex legati causa.ff.de verbo.obli.

Qualitas apposita in cõtractu, nũquam videtur repetita in accessorio, in quo non est eadem ratio. Areti.in l.solutum.§.si in sortem.ff.de pigno.acti. fo.47.nu.5.

Qualitas adiecta verbo,significat secundùm tempus verbi.Areti.in l. sicùm venderet.ff.de pig.act. fo.48.nu.2. & probatur in l. in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.& vide etiam eundem Aret.in l.testamentum.ff.de testa.fo.198.in nu.4.

Quando species est in obligatione nominis debitoris,idem iudicamus de specie,quod de ipsa obligatione. Arc.in l. si cõuenerit.ff. de pig. act. fo.48.nu.2.

Quando plures creditores habẽtes pignus sunt pares in tempore,concurrunt in retentione pignoris. Arc.in l.si cõuenerit.§. si pluribus. ff.de pigno.actio.fo.48.nu.6.

Quando alterum ex essentialibus contractibus intercedit fictè, & nõ vere,tunc nõ datur actio directa vtilis ex contractu. Areti.in l.eleganter.ff.de pigno.actio.fo.48.nu.2.

Qualitatem nõ exprimens,quam quidem si exprimeret, præsumeret contrahentẽ non esse contracturum, videtur certe esse in dolo. ita Areti.in l.sed si ego.ff. ad senatuscon. Velleia. fol.50. numero 1.& concordat tex.in l.tenetur.§.vlti.ff. de act.emp. Profectò malè & iniquè facit is,qui circũuenit aliquem hoc modo.sunt enim hic Venetijs, vbi nunc dego, omnes mercatores dolosi, & fraudulenti, quiq; multa promittunt,neque tamen postea seruant promissa: & inter hos præcipue huic vitio additi sunt hi, qui volunt appellari nobiles: neque tamen vllum præ se ferunt nobilitatis signum,siue indicium:cùm nihil cupiant,nihil auidius affectent, quam vt rem familiarem quoquo modo augeant,& quotidie infinitos dolos,innumerasq; versutias ad falsitatem committũt,dũmodo quempiam decipere valeant.Quare si quis est,qui animum habeat ingenuum, quique liberaliter institutus sit,ille sit maxime liber: omniaq; eius facta & dicta inter se congruant, ac respondeant: non enim animus ille rectus atq; integer erit,cuius dicta & acta discordant. Quã ob rem bene dixit diuinus ille Gregorius in Mora. Verba instituta sunt propterea,vt non se inuicẽ homines fallant,sed vt ad alteri' quisque notitiam cogitationes suas proferat. Verbis ergo vti ad fallaciam,non ad quod instituta sunt, peccatum est.

Quando duo recipiunt pecuniam cõmuniter, in dubio videtur pecunia interuenisse ad quẽlibet pro dimidia. Arc.in l.si mulier.ff. ad senatuscon.Velleia. fol.51.nu.2. & dicit hoc significari per verbum, partis,positum in tex.quod importat dimidiam. ita etiam habetur per eundem Areti.in l.eius qui.ff.si cer.pet.

Quando intercessit stipulatio, mutuum fictum contrahitur, etiam si tempore iussus pecunia non sit parata solutioni, tamen cõtrahitur mutuum.vide Areti.in l.tutor pupilli.§. cùm haberes.ff. ad senat. Velleia.fo.52.nu.4.

Quando transfertur possessio,causa immediata acquisitionis possessionis est traditio:causa verò acquisitionis dominij est possessio. Aret. in l.j.§.item acquirimus.ff.de acqui.poss.fol.9.nu.54.

Qualitas in principali dispositione adiecta, videtur repetita in accessoria. Aretinus in l.j.§.per procuratorem.ff.de acqui.possess.fol.12. numero 84.

Quando quis per metum compulsiuum fuit spoliatus, tunc semper agenti potest opponi exceptio dominij. Areti.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.pos.fo.30.in nu.7.

Quando in correlatiuis non est eadem ratio, non fit extensio de vno ad alium. Areti.in l.Pomponius.§.cùm quis.ff. de acquirẽ.possess. fo.35.numero 5.& vide Barto.in l.multum interest.ff. de verborũ obligationibus.

Qualitas extrinseca rei seu personæ adiuncta,de qua aliquid simpliciter disponitur, non tollit dispositionem factam de illa, re vel persona. Aretinus in l.stipulationum.ff.de verborum obligatio.folio 73.numero 4.

Qualitas nunquam videtur repetita, quando ex repetitione illa vitiaretur dispositio. Aret.in l.si diuortio.ff. de verbo.obliga.fol.96. numero 3.

Quantitas quæ in obligatione deducitur, quando circunscribitur loco,iudicatur vt species. Areti.in l.si certos.ff. de verborum obliga. folio 109.in numero 1. item de quantitate certa vel incerta, habes ibi in nu.2.3.& 4.

Qualitas verbo adiuncta, determinatur secundùm tẽpus verbi. Aret. in l.cùm stipulamur.ff.de verb.obli.fo.146.nu.3.

Qualitas in præcedenti capitulo adiecta, non videtur repetita in sequenti accessorio ad primum. Areti.in l.si ita quis.ff.de verb.obli. fol.162.nu.3.

Qualitas adiecta in persona stipulatoris, repetita videtur in persona adiecti. Areti.in l.si seruus.§.cùm mihi.ff.de verb.obli. fol.177. in nu.8.& ibi etiam habes, quòd accessorium vitiatur vitiato principal i,non autem econuerso.

Qualitas adiuncta verbo determinatur secundùm tempus verbi. ita Aretinus in rubri.ff.soluto matrimonio.folio 2.nu.2.& vide eundem hoc idem dicentem in l.in substitutione.ff.de vul.& pupil. fo. 97.numero 2.

Qualitas manifesta inherens rei,si reperitur esse vera,non indiget designatione confinium rei. imo si sit erratum in cõfinibus, non obest. Arc.in l.si quis in fundi.ff.de leg.j.fol.230.nu.4.& corrige ibi summarium,proque eo qd' est, in hæredes:emendato, inhærens.

Quantitas quãdo debetur sub ratione æstimationis rei,dicitur semper deberi respectu speciei. Areti.in l. Titiæ textores.§. nihil distat.ff. de lega.j.fo.257.nu.4.

Qui potest ex voluntate propria contractum resoluere, si agat ad resoluendum contractum,ex alio capite,nõ potest obtinere. Aret. in l.dedi tibi.ff.de in lit.iuran.fo.39.nu.8.

Qui debet aliquid facere infra certum tempus, non constituitur in mora,nisi toto tempore elapso. Areti.in d.l.dedi tibi.ff. eo. fol.39. numero 9.

Qui impeditur implere conditionem ex facto tertij, qui iuste potest prohibere,habetur pro implente:secus si iniuste prohiberet. Aret. in d.l.dedi tibi.ff.eo.fo.40.nu.14.

Qui potest agere ex capite competenti, si agat ex incõpetenti, debet succumbere. Areti.in l.si pecuniam.ff.de in lit.iuran.fo.40.nu.2.

Qui soluit procuratori in rem suam, videtur soluere contemplatione vt statim sit liberatus. Areti.in l.si procuratori.ff. de condi.ob causam.fo.41.nu.1.

Qui rem accepit ad probandum vel experiendum, potest eam alteri locare. Areti.in l.si is qui.ff.commo.fo.46.nu.3.

Qui non facit id circa rem domini, quod dominus est consuetus, dicitur esse in culpa. Arc.in l.in rebus.ff.commo.fol.46.numero 2. Dicit enim ibi Paulus Patauinus, conciuis meus: In rebus commodatis talis diligentia præstanda est, qualem quisque diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet: ita vt tantùm eos casus non præstet,quibus resisti non possit:veluti mortes seruorum,quę sine dolo & culpa eius acciderint, latronum hostiúmue incursus, pyratarum insidias,naufragium, incendium,fugas seruorum,qui custodiri non solent.

Qui non constituitur in mora re ipsa, deponendo pecuniam, non tenetur ad vsuram,vel interesse. Areti.in l.quãuis.ff. de pigno.actio. folio 47.numero 4.& corrige summarium vbi dicit,constituit,lege,constituitur &c.

Qui habet regressum contra alterum, quia soluit, videtur posse agere incontinenti,ꝙ fuit condemnatus. Areti.in l.si pignore.ff.de pign. actio.fo.49.nu.5.

Qui potest repelli exceptione,dicitur agere,sed male agere. Aret.in l. verum est.ff.de compensa.fo.53.nu.2.

Qui semel opposuit compensationẽ,nõ potest postea in præiudicium creditoris pœnitere. Arc.in l.quod Labeo.ff.de cõpen. fo.53.nu.1.

Qui sacculum obsignatum accepit, non potest ex causa aliqua etiam iusta illud resignare,& aperire propria autoritate. Areti.in l.depositum.§. si pecunia.ff. depositi. folio 55. numero 9. & vide pro hoc Bart.in l.j.in fi.ff.fur.aduer.nau.cau. & etiam in l.actionibus.ff. de in li.iuran.& ibidem etiam vide d.Alex.de Imol.& vide Imo.in c. fi.quod me.causa.vbi optime discutit hanc materiam: ad quem,ne ab ipso omnia mutuem,te remitto:& est in c.fi.fo.50.in nu.1. & 2. Venetæ impressionis: cui quidem summaria per nos elicita fuere, & singulis capitulis apposita.

Qui in custodia torquendus ponitur, ligari, & pedibus vinciri potest. Areti.in l.si hominem.ff.deposi.fo.55.nu.1.

Qui tenetur facere aliquid virtute officij,nõ excusatur, si alter cui cõmittit sit negligẽs:secus aũt si casus cõtingat in persona illius. Arc. in l.si procuratorem.§.si tutores.ff.manda.fo.57.nu.2.

Qui propter gratiam alterius non facit aliquid, ad quod tenetur, non dicitur esse proprie in dolo,sed in lata culpa. Areti.in l.si procuratorem.§.dolo autem.ff.manda.fo.57.nu. 5. & dicit ibi per illũ tex. posse dici,quòd sentẽtia lata per iudicem nõ pretio,sed gratia, non est nulla ipso iure,quia nõ videtur lata per dolum.alleg.tex. & gl. in l.seruo inuito.§.cùm prætor.ff. ad Trebe.tu vide Bal.in l.constituit.ff.de pœ.iu.qui.ma.iudi.in ver.quæro quid si est lata.in nu.9. qui dicit, quòd sententia lata per corruptionem gratiæ vel ambitionis, valet, sed competit in integrum restitutio: vt notatur ff. ad Trebel.l.seruo inuito.§.cùm prętor.vide etiam ad hoc Par.de Pu. in tracta.feudi.& vide Areti.in l.j.ff.de condi.ob turp.causam.fol. 44.numero 2.

Qui scienter non facit id,ad quod tenetur,non dicitur proprie in dolo,sed potius in lata culpa,quæ æquiparatur dolo. Arc.in l.si fideiussor.ff.man.fo.60.nu.1.

Qui vt bonus vir arbitrari debet, omnia quæ arbitrium eius informare possunt,videre debet. Aretinus in l.si fundum.ff.manda.fol. 61.

61.numero 2.

Qui tenetur de euictione tanquam procurator, repellitur à vendicando rem venditam nomine proprio. Areti.in l.seruũ Titij.ff.manda. fol.61.in nu.2.

Qui tenetur accipere idoneam obligationem, satisfacit accipiẽdo fideiussorem, vel pignus. Are.in l.si mandato.§.ille illi salutem.ff.mandati.fo.62.in nu.4.

Qui constituit procuratorem ad adeundum, hoc ipso videtur adire: sicut qui constituit procuratorem ad accipiendam possessionem rei hæreditariæ. Aretinus in l.j.§.veteres.ff.de acquiren.possessio. fo.11.nu.74.

Qui in agro alieno data opera thesaurum inuenit, totus thesaurus pertinet ad dominum agri: si verò casualiter inuenit, tunc dimidium thesauri est inuentoris, & dimidium domini agri. vide Aretinum in l.possideri.§.Neratius. ff.de acquiren.possessio .fo.16. numero 9.

Quid sit, quòd in iure incorporali seruitutis inuenitur quasi possessio proprietatis, & non in rebus incorporalibus. vide Areti. in l.naturaliter.ff.de acqui.posses.fo.30.in nu.3.

Qui vult vti aliquo iure ex persona alterius, oportet quòd vtatur illo cum qualitatibus suis. Are.in l.Pomponius.§.cum quis.ff. de acqui.poss.fo.35.nu.2.

Qui constituit se nomine alterius possidere, incontinenti videtur habere animum insistendi rei, vt acquirat possessionem tertio, cuius nomine vult possidere. Areti.in l.quod meo.ff.de acquiren . posse. fo.43.nu.1.

Qui transfert possessionem in alium, non videtur renuntiare possessioni conditionaliter, sed pure. Are.in d.l. quod meo.§. si furioso. ff.de acqui.poss. fo.44.nu.14.

Qui vult vnum ex duobus incompatibilibus, statim videtur renuntiare ei, quod est incõpatibile secum. Are.in l.quod meo.§. si furioso. ff.de acqui.poss.fo.44.nu.15.

Qui consentit rem in domum suam inferri, hoc ipso rem in sua custodia accipere videtur. Are.in l.quod meo .§. si venditorem.ff.de acqui.poss.fo.44.nu.16.

Qui facit actum, quem si facit vno animo, cadit in delictum: si vero alio animo, facit licite: præsumitur in dubio facere ex causa concessa, ne videatur delinquere. Are.in l.si quis rem.ff.de acqui.possessi. fo.45. nu.2.

Qui ecclesiam defendere promisit, tenetur eam, quamprimum potest, defendere. Are.in l.si ex legati causa.ff.de verb.ob.fo.98.nu.6.

Quælibet exceptio ordinis est dilatoria, & sic opponi debet ante litem contest. Are.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acqui.posses. fo.33.in nu.19.& vide quæ habentur notabiliter per Feli.in c.exceptionem.extrà, de excep.nu.11.

Quilibet artifex, vel mercator, qui consueuit scribere rationes vel librum, cogitur edere rationes pertinẽtes alteri. Are.in l.ipse dispice. C.de eden.fo.9.nu.2.& dicit idem ibi in nu.4.quòd quando argẽtarius vel mercator scribit rationes sine mandato, tunc non teneatur eas edere.

Quod accedit alteri, & censetur esse pars illius vere vel ficte, iudicatur eodem iure, quo illud cui accedit. Areti.in l.si conuenerit.§.si nuda.ff.de pig.act.fo.48.nu.3.

Quo ad impediendum cursum vsurarum ipso iure, in qualibet obligatione fit cõpensatio. Are.in l.si ambo.ff.de compen.fo.53.nu.2.

Quod cum difficultate fit, non posse fieri dicitur. Are.in l.j.§.si iusserim.ff.de acqui.poss.fo.13.nu.88.

Quod nullum est, amplius tolli, vel annullari non potest. Are.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui.poss.fo.34.in nu.20.

Ratihabitio cõparatur mandato: vt habetur in l.si pupilli, ff. de neg.gest.& Are.in l.si procuratori.ff.de cõdi. ob causam.fo.42.nu.8.& vide gl.in c.sicut tuis.extrà, de simonia.& ibi Feli.vbi eliciendo illam regulã ex dictis glossæ, quòd ratihabitio trahitur retro, & mandato comparatur, addit nouem fallentias notabiles, quas ibi per eũ videas. Et habetur etiã per eundem Feli.in c.seu potius.in §.sunt & alij.quòd quando cõsensus requiritur à principio certo & determinato tẽpore, pro forma actus, ratihabitio postea superueniens non ratificat actum: tu etiam vide ad hoc quę habentur per do.Bar.Soci.in consi.ccxxviij. incip.iustissime iudex.in prima parte.

Ratificatio præteriti actus inducit mandatum de nouo, respectu actus futuri.ita Are.in l.si quis mihi.§.sed quid.ff.de acqui.hære.fo.149. numero 10.

Ratihabitio non operatur, quãdo meo nomine gestum non est. Are. in l.si pecuniam.C.de nego. gest. folio 50. nu.2. & ibi etiam dicit, quòd ratihabitio fieri debet infra id tempus, intra quod actus geri poterat.

Recte, hæc dictio, recte, quãdoq; significat solẽnitatem, & modũ actus faciendi, nõ iustitiam vel causam actus. Are.in l.lecta.si cer.pet. fo. 22.nu.12.sed tu vide Bar.in l.ij.& ibi glo.in verbo, recte.ff. de inoffi. te[illegible] qui dicit, quòd istud verbum, recte, significat iustitiam rei uel causæ. [illegible]te verò significat iustitiã vel solẽnitatẽ in ordine. Et dicit idem Bar.in l.iuste possidet.ff.de acquiren.poss. & in l.ij. de lib.& posthu.quòd istæ dictiones confunduntur, & vna ponitur pro altera: & vide etiam eundẽ Are.in l.iuste possidet.ff. de acqui. hæred.& vide eundem Are.in l.quamuis.§.infans.eo.tit.numero 9.vbi dicit, quòd verbum, recte, ponitur quandoque pro rite, regulariter tamen significat iustitiam: verbum vero, rite, significat solennitatem . ad quod etiam vide Baldum in consilio xxviij. in iiij. volumine.

Recusans iurare, potest cogi ad soluendum, absq; alia condemnatione. Are.in l.iusiurandum.in §.ait prætor.ff.de iureiu.fo.36.nu. 11.

Rector nunquid teneatur suis officialibus præstare impẽsas in eorum infirmitate.vide Are.in l.si seruum.ff.de ver.ob.fo.111.nu.7.

Recipiens pecuniam, vt nõ iudicet maleactorẽ, turpiter recipit. Areti. in l.omne quod datur.ff.de condi.ob tur.causam.fo.44.nu.3.

Recipere pecuniam pro manifestando delinquente, non est inconueniens. Are.in d.l.omne quod datur.ff.de condi. ob tur. causam. fo.eo.nume.4.

Reconuentio non admittitur in iudicio summario.vide Areti. in l.naturaliter.ff.de acqui.poss.fo.34.nume.27. qui dicit, quòd istud dictum debet intelligi, quòd non admittitur reconuentio iudicij ordinarij, & vide pro hac materia quæ ponit do.Barto. Soci.in consi. suo mihi numero 168.incipiente, non inutilis, sed necessaria est. versi.secundò cõcludo, quòd si dicit.& versi.tertiò concludo, quòd etiam si petit.in ij.volu.

Reddi propriè non dicitur id, quod redditur deterioris conditionis & qualitatis. Areti.in l.ait prætor.§.si reddita.ff.commoda. folio 4 numero 4.pro quo etiam vide quæ ponit Spec. in tit.de loca.§.1 ver.ad euidentiam.

Redhibitoria actio nõ connumeratur inter actiones bonæ fidei. vide Areti.in l.si seruum.ff.de ver.ob.fo.110.nu.5.

Regula, cui licet quod est plus, licet quod est minus: procedit in eadẽ specie potentiæ vel facultatis.vide Aret.in l. in actionibus.ff.de in lit.iuran.fo.37.nu.3.

Regulariter nunquam lex fingit, nisi ex fictione vtilitas aliqua resultet. Are.in l.j.ff.de acqui.poss.fo.7.nu.42.

Regula, actore non probante . reus absoluitur: quando fallit. vide Areti.in l.qui accusare.C.de eden.fo.12.nu.1.

Relictum, seu hæreditas conditionalis, non transmittitur pendente conditione. Aretinus in l.dedi tibi.ff.de condicti.ob causam.fo.39. numero 6.

Relatiuum, quis vel qui, adiunctum generi habet naturã distributiui. Are.in l.si quis vi.ff.de acqui.poss.fo.42.nu.6.& vide etiam eundem Are.in l.qui liberis.ff.de vul.& pupil.

Relictum factum diuiti, non potest dici factum ad pias causas, etiam si relinquens hoc exprimat. Aretin.in l.si Stichum.§.stipulatio.ff.de verb.ob.fo.94.nu.6.

Relatio refert substantiam & qualitatem eius, ad quod se refert. Aret. in l.si quis cum aliter.ff.de ver.ob.fo.108.nu.11.

Relatiuæ dictiones in dubio referunt non solùm substantiam rei, sed qualitatem. Areti.in l.Titia.§.idem respondit.ff.de verbo.obliga. fo.162.nu.15.

Relatiuum, quis, vel qui, coniunctum verbo futuri temporis, inducit tacitam, non autem expressam cõditionem.ita Aret.in l.si ita quis. ff.de verb.obli.fo.162.nu.2.

Relatiuum dicitur referre substantiuum, & præcedentis dispositionis qualitatem. Are.in l.si quis posthumos.ff.de libe.& posthu. fo.32. in numero 5.

Relatiuum distributiuum an faciat conditionem expressam. vide Are. in l.qui liberis.ff.de vul.& pup.fo.79.nu.5.

Religiosus non potest transire ad aliam religionem, sine licentia sui primatis. Are.in l.qui sub prætextu.C.de sa.san.ec.fo.8.nu.2.

Remedium executiuum competit possessori virtute sententiæ vel iuramenti, quãdo reus iurauit se dominum esse. Aret. in l.ait prætor. la ij.ff.de iureiur.fo.29.nu.26.

Remedium iuramenti quãuis habeat executionem paratam, potest tamen actor petere sententiam ferri. Areti.in l.iusiurandum.§. cum res.ff.de iureiur. fo.35.nu.15.

Remissio tacita non dicitur proprie remissio, vel renuntiatio, sed remissioni similis. Are.in l.si non fuerit.ff.de iureiur.fo.36.nu.3.

Remissio iurisiurandi fieri potest absenti & ignoranti, etiam sine medio nuntij vel epistolæ. Areti.in l.Labeo etiam.ff.de iureiur.fo.36. nu.1.& potest etiam fieri remissio absenti absolute, & etiam limitate, scilicet si absentauerit. Are.ibi.in nu.2.

Remedia duo extraordinaria possunt regulariter concurrere ad inuicem.ita Are.in l.Pantonius.ff.de acqui.hære.fo.185.nu.4.

Remissio simplex facta per actorem, non transfert dominium, sed perimit actionem. ita Aretinus in l. transactionem . C. de transactio. fo.37.nu. 2.

Renuntiatio facta in iudicio, est efficacior, propter præsentiam iudicis. Areti. in l. si mulier. ff. ad senatuscon. Velleia. fol. 53. nu. 4. pro qua materia vide Bal. in l. pacta nouissima. C. de pact. qui dicit, ꝙ præsentia iudicis inducit magnã præsumptionẽ pro his, quæ corã eo aguntur, adeo ꝙ testamẽtum & donatio causa mortis valeãt cũ testibus duobus corã iudice, si apud acta insinuetur: vt C. de testi. l. omnium. præsumitur enim omnis dolus & metus abesse, vbi inuenitur, ꝙ iudex decretum interposuit. tu etiam vide de præsentia iudicis, quæ notauit An. Barba. in quadam sua apo. ad Bar. in l. j. C. de prædijs cu. li. x. vide etiam Ioã. de Imo. in l. si quis cum aliter. in fi. ff. de ver. ob. & Alexã. in l. sciẽdum. de ver. obli. & vide etiam An. Corsetum in sing. suis, in ver. minor.

Renuntians liti & causæ, in dubio videtur fateri se malam causam sustinere. Are. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses. fo. 31. nume. 10.

Renuntiatio vt valeat, sufficit partem esse præsentem, seu iudicem recipere pro parte absente. Areti. in l. naturaliter. ff. de acquiren. poss. fol. 33. nume. 17.

Renuntiatio facta à filia in manibus patris, de paterna hæreditate, contemplatione filiorum masculorum, effectum nõ habet, si post mortem non supersunt filij masculi. Areti. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. fo. 145. nume. 30. & pro hac materia vide consil. Ang. nu. 51. incip. D. Gilius.

Renuntians vni iuri, non videtur per hoc renuntiare alteri iuri, quod habet. Areti. in l. necis. §. hæres. ff. de acquirenda hæreditate. fo. 156. numero 2.

Renuntians liti, videtur simpliciter renuntiare instãtiæ & causæ. Are. in l. postquam liti. C. de pac. fo. 16. nu. 1. dicit etiam ibi nu. 2. ꝙ renũtiatio litis inducit exceptionem declinatoriam. item in nu. 4. habes, quòd renuntiatio facta iuri de futuro non valet.

Repugnantiæ seu incompatibilitatis causa vitandæ, verbum, qđ alias caperetur vno modo, impropriatur, & capitur alio modo. Are. in l. si quis ante. ff. de acqui. pos. fo. 27. nu. 2.

Repræsaliæ concessæ contra ciues, non extenduntur ad ciues ciuiliter creatos. Are. in l. quidã cum. ff. de ver. obli. fo. 156. nu. 17.

Repetitio nunquam fit ad destruendum dispositionem. Are. in l. Titia. §. idem respondeo. ff. de ver. obli. fo. 160. nu. 1. vide etiam ibi in nu. 10. quando ea, quæ dicuntur in tractatu, censeantur repetita in contractu postea sequenti.

Repudiatio simplex facta super iure de futuro, est nulla. Are. in l. is qui hæres. ff. de acqui. hæredi. fo. 134. nu. 1. & vide etiam eundem in d. l. in nu. 4. qui dicit, ꝙ quãuis pater non possit repudiare hæreditatem filio delatam, potest tamen dominus hæreditatem delatam seruo repudiare.

Repudiare is potest, qui & adire & acquirere potest hæreditatem sine vllo impedimento Are. in l. si potest. de acqui. hęre. ff. fol. 136. nu. 1.

Repudians paternam hæreditatem, si solus est institutus, dicitur impugnare iudicium defuncti, & ex eo nihil posse cõsequi. Are. in l. quęsitum. ff. de acqui. hære. fo. 159. in nu. 1.

Repudiatio hæreditatis non impedit, quin filius possit petere legitimam. Are. in l. de quæstione. C. de pact. fo. 27. nu. 6.

Res quæ nõ recipit functionẽ, & restituitur in codẽ genere, non dicitˀ mutuũ, sed permutatio. Are. in l. ij. si cer. pe. nu. 5. fol. 4. & ibi etiam dicit, ꝙ potest etiã inueniri, ꝙ idem debeat reddi in eodem genere, & tamen non sit mutuũ: veluti quando transfertur dominiũ ex deposito: vt habetur in l. Lucius. & l. die sponsaliorũ. ff. deposi.

Res quãdo est penes contrahẽtem, cui fieri debet traditio, solus titulus & mutatio causæ inducit fictam traditionẽ, ex qua transfertur dominium & possessio: ita dicit Aret. in l. certi condictio. in §. deposui. si cer. pe. nu. 32. fo. 12. cum quo concordat tex. in l. qua ratione. §. fi. ff. de acquiren. re. do.

Responsio in dubio exponitur, & parificatur secundùm interrogationem. ita no. Are. in l. certi cõdictio. in §. depositi. fo. 12. nu. 33. & hoc idem colligitˀ in tex. in l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interroga. actio. vbi Celsus ita dicit: Qui interrogatus, hæredem se esse responderit, nec adiecerit ex qua parte, ex asse respondisse dicendũ est. Nisi forte ita interrogetur, an ex dimidia parte hæres sit: & responderit, hæres sum. Hic enim magis puto eum ad interrogatũ respondisse. hæc ille. vbi Oldra. ita dixit, Talis est intelligenda indeterminata responsio, qualis præcessit interrogatio. tu vero de hoc omnino vide Bar. in l. Aurelius. §. Sticho. ff. de lib. leg.

Res illa dicitur seruando seruari nõ posse, quæ non solet durare vltra triẽnium. ita dicit glo. in l. vna. C. si aduersus vsu. & Are. in l. rogasti. si cer. per. nu. 13. fo. 12.

Responsio facta positionibus & capitulis conditionaliter conditione de præsenti, vel de præterito, videtur sufficiẽs. ita dicit Areti. ex mente Barto. in l. cùm ad præsens. si cer. pe. fo. 22. nu. 3. pro qua materia vide Alexan. de Imo. in l. fi. de interro. actio. vide etiam Bal. in l. principalis. §. quod obseruari. in fi. §. in ver. vlterius. C. de iureiur. propter calum. vide etiam eundem Bal. in l. si quidẽ. C. de exceptio. qui adducit pulchram quæstionem. & adde etiam Bart. in c. deniq;. in vlti. col. in versi. quæ fuit prima causa benefi. amittendi.

Res qualiter dicatur esse integra, & qualiter non. vide Areti. in l. eius qui. si. cer. pe. fo. 24. nu. 21. & ibi multas adducit remissiones.

Restitutio in integrum potest incidenter per viam exceptionis seu replicationis intentari. Are. in l. ait prætor. la ij. ff. de iureiuran. fo. 27. numero 12.

Restitutio in integrum, etiam si coram iudice incidenter intentetur, qui eam principaliter indulgere non posset, intentari nequit. idem Are. vbi s. in nu. 13. dicit etiam ibi in nu. 14. quòd ad restitutionem obtinendam non sufficit simpliciter se minorem probare, sed debet probari de læsione.

Res non desinit esse integra ob præparationes, quæ fiunt circa eam: alioquin non haberet locum pœnitentia. Areti. in l. si pecuniam. ff. de in lit. iuran. fo. 40. nu. 4.

Res quæ commodatur, quando induceret quicq; contra substantiã cõmodati, non valet contractus. Are. in l. ait prætor. §. non potest. ff. commo. fo. 45. nu. 8.

Res accessoria ad rem commodatam non videtur commodata. Areti. in l. ait prætor. §. vsq; adeo. ff. commo. fo. 46. nu. 12.

Res hypothecata occupari non potest per creditorem propria autoritate: vnde & in hoc differunt hypotheca & pignus. Areti. in l. qui retiario. ff. de pigno. act. fo. 49. nu. 1

Restituere & instituere qualiter inter se differant. vide in l. j. ff. sol. ma. & in l. verbum reddẽdi. ff. de ver. sig. & Are. in l. quãuis. §. si cũ esset. ff. ad senatuscon. Velleia. fo. 51. nu. 9. qui tamen se remittit ad l. suprà alleg. Scire autẽ non erit forsitan absurdum, ꝙ hoc verbum, restituere, multipliciter capitur in sacra scriptura. nam restituitur gratia, videlicet per pœnitẽtiam: est enim pœnitẽtia virtus ea, quę amissam gratiam solet pœnitentibus nobis restituere: nam vt dicunt Theologi, Coluber postq; veterem exuit pellem, nouam iterum induit, & ad pristinam redit fortitudinem & virtutem. Sic & homo duce pœnitentia restituitur ad pristinam gratiam & salutẽ. Restituitˀ & gloria: patet enim hominẽ hæreditatẽ gloriæ paradisi ꝑ peccatũ primi hominis perdidisse: Christum vero per suam incarnationem eam sibi restituisse: vt inquit Psalmographus, Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Non solũ autem dicitur restitui gloria bonis, sed etiã pœna malis: vnde Iob. xxxiij. Iuxta vias singulorũ restitues eis. Item restituitur tẽporalis substãtia: ad quã restitutionẽ vnusquisq; tenetur: vnde habetur iiij. Regum viij. Restitue ei omnia quæ sua sunt. Sed heu miseri & infelices Christiani, vix Christiano nomine digni, quotus quisq; est, qui alienam substantiã, alienosq; restituãt labores: pauci enim sunt, qui velint restituere quod debeãt, vel causa debiti, vel causa meriti, vel ex causa iniuriæ vel delicti, nisi ad id vi cogãtur: imitantes spongiã, quæ ebibitam aquã non nisi pressa restituit & euomit: qui etiam comparari possunt sanguisugæ, quæ ebibitum sanguinem nunquã ejcit, nisi violenter cõprimatˀ. Hic pleriq; sunt, qui aliena possidentes, nõ nisi per tribulationẽ, vel aliam diuinã seu humanã compulsionẽ fuerint coacti, restituere vllo pacto volunt. Vnde in hoc diuus Augustinus ita scribit in epistola ad Macedo. Si res aliena, propter quam peccatum est, cùm reddi possit, non redditur: non agitur pœnitentia, sed fingitur: si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, nisi restituatur ablatum &c.

Res si post emptionem factam de ea apparet esse vitiosam, præsumitur antea fuisse eodem modo, Are. in l. cum mandato. §. faber mandato. ff. man. fo. 59. nu. 14.

Res ab hostibus captæ efficiuntur protinus occupantis. Areti. in l. j. ff. de acqui. poss. fol. 3. nu. 6. & vide ibi in nu. 7. ꝙ capta in bello iniusto restitui debent: secus vero in bello iusto.

Res immobiles accessoriæ accedunt facilius immobilibus, quàm mobilia mobilibus, vel mobilia immobilibus. Are. in l. possideri. ff. de acqui. poss. fo. 15. nu. 11.

Res incerta non potest possideri, si est incerta ratione loci & quotæ. Aret. in d. l. possideri. §. incertam. ff. de acquiren. possessio. folio 15. numero 12.

Res incorporea, quæ appræhendi non potest, non dicitur inueniri. Aretinus in l. possideri. §. Neratius. de acquiren. possessio. folio 16. numero 18. & vide Barto. in l. tutor qui repertorium. in princip. ff. de admi. tut.

Res mobilis etiam proprie dicitur possideri. Areti. in l. possideri. §. saltus. ff. de acqui. poss. fo. 21. nu. 62.

Res immobilis licet non desinat naturaliter possideri, quamuis sit extra conspectum nostrum, dummodo de facili possimus in ea insistere, tamen secus est in re mobili. vide per Areti. in l. possideri. §. saltus. ff. de acqui. posses. fo. 21. nume. 63. tu etiã vide Alex. de Imo. in d. l. possideri. & etiam do. Ias. May. qui nonnulla pulchra adducit in hac materia.

Rei vendicatio tentari potest, nõ solùm contra possessorem, sed etiam contra detentatorem. Are. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui.

Reuerentia quæ debetur viro, debetur etiam vxori ex persona viri. Are.in l.sicut bonis.C.de in ius vocā.fo.14.nu.1.hinc est, ꝙ honor vxoris nõ ascendit ad virum, & honor viri descendit ad vxorē: vnde si rex Hispaniarū duceret vxorē ignobilem, non propterea perderet nobilitatem suam, imo vxor illa nobilitaretur: vxores enim nobilitantur per maritos, sed nõ econuerso mariti per vxores: vt l. mulieres.de digni.lib.xij.& C.de incol.l.mulieres. Propterea dicūt Canonistæ in c.j. de frigi. & male. quòd vir est caput mulieris, & mulier dicitur membrum.

Reus conuentus potest purgare moram, etiam lite incœpta. Aret.in l. si pacto quo.C.de pact.fo.20.nu.2.

Reus qui nõ seruat transactionem, & ideo conuenitur prima actione, potest purgare moram vsq; ad sententiam, imo vsq; ad excusationem. Are.in l.siue apud acta.C.de transact.fo.34.nu.2.

Reus cùm est absens, & nõ potest esse succursum actori per primū & secundū Decretum, potest venire ad diffinitiuam lite nõ cõtestata. Are.in l.si omnes.C.si minor ab hære.se absti.fo.53.nu.2.

Reuocatio mandati nõ nocet procuratori ignoranti. Are. in l.si mandassem.ff.mandati.fo.59.nu.1. De hac autē materia vide pulchre ꝑ Feli.in c.ex parte decani.de rescrip.in ver.reuocatio procuratoris. vide etiam Pau.de Cast.in consi.lix.

Reuocatio non notificata iudici, vel parti, nõ prodest reuocanti. Areti. in l.non est.C.de satisdan.fo.60.nu.3.dicit etiam ibi in nu.4.quòd reuocatio cùm est intimata iudici, actus postea gestus ipso iure est nullus.

Res qualis esse debeat. vide Panor.in procemio Grego. versic. rex pacificus.

Rex Francorum non potest vnam ciuitatem sine ciuium consensu in alium transferre. ita Areti.in l. soluto matrimonio.ff. solu. matri. fo.6.nume.9.

Rege mortuo, an sine hærede succedat regnū.& quid in ciuitate mortuo eius rectore.c. his quæ. de maio. & obe. Et quoniam regis dignitas apud veteres in maximo semper fuit honore, libet nūc mihi nonnulla de ea scribere, quæ forsitan non erunt legentibus ingrata. Primum enim regia dignitas ex augurali familia constituta fuit: supremaque omnium dignitatum humanarum habebatur. Vnde veteres Poetæ Iouem nõ Imperatorē appellant, sed Regē: tribuentes Deo id nomē, quod est apud homines maximum, atq; amplissimum. Respub. ciuitates, & gentes, tanꝙ omnium supremi, ac Dij quidam, inter homines excellentes bonitate, sapiētia, & virtute reges rexerunt: sicq; reges à regendo, & recto, quod reges maximè decet, dici: non vt arbitrantur aliqui à regnando. Horum plura sunt genera: nec est regum omnium modus vnus potestatis. In Lacedæmoniorum enim repub. videtur esse maxime secūdùm leges: neque enim potestatem habet omniū, sed cùm egreditur extra regionem, imperiū habet eorum, quæ pertinēt ad bellum. Præterea sacrificia, Deorumq; ceremoniæ ei cõmissa sunt. Hæc igitur regia potestas est quasi autoritatem belli perpetuam habere: vitæ enim necisque alicuius non habet potestatem, nisi dum bellum gerit: vt etiam apud antiquos fuisse videtur. Quod etiā ab Homero, cùm de Agamēnone in primo Iliados meminit, facile ostenditur. Nam Agamemnon in concionibus maledictis & iurgijs vexabatur: sed cùm à concione digressus in prælio erat, occidendi habebat potestatem. Est præterea alia species regni, qualia sunt apud quosdam Barbaros regna, vim habentia proximam tyrannidi, licet sint legitima, & secundùm morem patriæ: ob id enim, quia magis aptæ sunt ad seruiendum Barbarorū nationes; quàm Græcorū, & eorū qui incolunt Asiam, ꝙ eorū qui Europam, perferūt seruile iugum æquo animo. Tertia insuper species est, vt antiquitus in Græcia fuere, quos vocabant Esynetas: est enim hæc (vt simpliciter dicamus) electiua tyrannis, differens à Barbarica, non eo quòd legitimę, sed eo quòd non consuetę. Potestas autem hæc aut donec viueret rex durabat, aut per aliquod tēpus, aut post res gestas finiebatur: qualē elegerunt quandoque Mitylenei Pittacum aduersus exules suos. Quarta species est, quales erant heroicis temporibus spontaneæ, & secūdùm morē & legem: propter beneficia enim à primis collata in populos, vel per partes, vel per bellum, vel per congregationem in vnum, vel per acquisitionem regionis, delatum fuit eis regnū de populorum voluntate, & successoribus. id erat secundùm patriæ morem. Secundùm patrium etiam morē apud Taprobanem alterum terrarum diu existimatum orbem, eligi regem à populo senecta, clementiaque insigni, liberis carentem solere: cęterum si postea gignat, abdicari, ne fiat hęreditarium regnum: rectores quinetiam ei dari à populo triginta, nec nisi plurium sententia quicquam capite damnari. Sic quoque appellationem esse ad populum, lxx. iudices dari, si libertus. si rex, amplius triginta. Ex Africæ quadam etiam parte sunt, qui secundùm morem canem pro rege habent, motu eius imperia augurantes. Primò autem regia potestas fuit apud Cretam, teste Aristotele: licet Diodoro, vbi nā cœperit, incompertum sit: cùm nulli omnino historicorum tradant: illam postea sustulerunt, imperio in bello ad Cosmos translata. Ad alias deinde atque alias nationes defluxit inter se habitu cultuque distantes, vt apud Persas, à quorum regibus mos erat thiaram geri, in cuius summitate gemma erat permagna & lucens in auro illigata. Aegyptios verò apud reges mos erat aut leonis, aut tauri, aut draconis priorem partem in capite ferre insignia principatus, quandoque vero arborem, nonnunquam ignem, quandoque redolentia supra caput vnguēta. Aethiopum reges sceptrum in aratri formam gerunt, ac pileos oblongos circa finem vmbilicum habentes, serpentibus, quos aspidas vocant, circunuolutum: monumentum insigne, eos qui contra reges insurgere audeant, mortiferis morsibus subesse. Apud Romanos autem insignia erant sella curulis, & trabea: iuxta illud Maronianum, Et sellam regni, trabeamque insignia nostri. Nam Diadema vt aliarum gentium reges primò non habebant, cæterum hastis, quas Græci sceptra dixere, pro diademate vsi perhibētur: atq; hæc apud excellentissimum quoq; vatem Homerum non omnes reges à Ioue sumebant, sed solùm qui bonum, & qui summum studium adhiberent, vt subditi ꝙ beatissimi essent. Et hæc diuersa regum insignia tamē ad decorē spectabant, atq; ornatū, tamē stuporē ac superstitionem quandam aspiciētibus inijciebant. Ad postremū quoniam rex in tyrannum regni transgresisone prolabituri, tyrannusq; & rex non nomine, sed factis distant, autore Seneca: fit vt regis appellatio quandoq; in tyrannum cadat, tyranniq; in regem. Inde est illud, Quò potuit ciuē populus perducere, liber Ascendi, supraq; nihil nisi regna reliqui. & illud Maronis, Spes mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. Interregnum deinde appellatū id tempus, quo regia vacabat sedes: nam cùm primum initū est post Romulū regem vita functū, totus ille annus per quinos dies centū senatoribus deputatus est, decē decurijs factis, singulisq; in singulas decurias creatis, qui summę rerū præessent, ne aliqs sub æquali dignitate Romani expers remaneret imperij. Decē itaq; imperitabant, & vnus dūtaxat, qui & lictores haberet, ducēdiq; iuris potestatem, ac regis & imperij insignia: idq; imperiū quinq; dierum spacio finiebatur, ac per oēs in orbem ibat: ac nunꝙ interuallum regni fuit: id ab re, qđ nūc tenet nomē, interregnū appellatum est. Huc accedit, ꝙ etiā sub Consulibus præditi imperio cõsulari, si qñ interregnum initum est, interreges fuerunt: nec vnꝙ ita vacua fuit hoc nomine respub. vt nullus interrex biduo saltē, triduóue crearetur. Video mihi hoc in loco posse obijci, curules magistratus apud maiores nostros quadriennium in repub. non fuisse, sed erant tribuni plenis, cum tribunitia potestate, quę pars maxima regalis imperij est: tñ nõ est proditū, interreges eo tpe nõ fuisse: quin etiā verioribus historicis deferentibus, declaratum est, cõsules ab interregibus procreatos, q haberēt reliquorū comitia magistratuū. In hoc aūt regis delectu decreuerūt, vt cùm populus regē iussisset, id sic ratum esset, si patres autores fierēt: tū interrex cõcione vocata, Quod bonū, faustū, felixq; sit, inqt, Quirites, regē create, ita patribus visum est. Patres deinde, si dignū, qui secūdus à Romulo numeretur, crearetis, autores fient. Et hæc de rege, regiaq; dignitate satis dicta sint, quam ob rem aliò calamum vertamus.

Regnum & principatus est quid indiuiduum. ita Are.in l.ex duobus. ff.de vul.& pupil.fo.100.nu.4.

Rubrica vbi est generalior nigro, in eo quod nigrū excedit, habet virtutem legis. ita Are.in rubri.ff.de verbo.obli.fo.64.nu.1. An autē hoc dictum sit verum de rubricis, quę sunt in Decretis, vide Ludo. Roma.in l.stipulationes.ff.de verbo.obliga.

Rusticitas nõ excusatur à lege positiua, quę est submissa rationi naturali. Areti.in l.sicut bonis.C.de in ius vocan.fo.14.nu.4.

SAcerdos de iure ciuili potest renunciare exceptioni fori vel priuilegij. Areti.in l.si quis in scribendo.C.de pact. folio 27.numero 1.

Scietia nõ ꝑsumit ad dānū alterius in actu mometaneo, sed in actu successiuo sic. ita Are.in l.bene est.de re.cre.nu.14.fo.3.

Scientia soluentis impedit condictionem indebiti. Are.in l.nunc videndum.ff.de condi.indebiti.fo.45.nu.2.& vide eundem Areti. in l.si procuratori falso.ff.de condi.ob cau.

Scienter dolum committens, si dolus nõ cadit in certum nomē delicti, tenetur crimine stellionatus. Are.in l.creditor.§.contrariam.ff. de pigno.act.fo.48.nu.3.

Scientia & patientia in his quæ sunt leuis præiudicij, habetur pro consensu. Areti.in l.j.§.item acquirimus.ff.de acqui.posse.fo.8.nu.53. adde ad hæc Pau.de Cast.in l.licet.in prin.C. de iu.deli.

Scire quandoq; dicimur illud, quod vehementer opinamur. Aret.in l. si posthumus.§.si quis ita.ff.de libe.& posthu.fo.37.in nu.6.

Scientia præsumitur in dubio in facto proprio. ita Are.in l.cū falsum. ff.de acqui.hære.fo.161.nu.1.& dicit etiā ibi in nu.2.ꝙ ignorātia in dubio est probabilis in facto alieno, nisi doceatur scientia.

in Scientia legali non est confitendum de memoria. ita Areti. in l.qui patri.ff.de acqui.hæredi.fo.168.nu.3.vbi dicit, quòd qui confidunt

memoriæ,

memoriæ sæpius decipiuntur in ista maledicta scientia.

Scientia nobilitat hominem. Aretin. in l. prouidendum. C. de postula. fo. 40. nu. 1. Vnde d. Pet. Ra. d. meus olim charissimus, in quadam sua epistola, de laudibus scientiæ & literarũ, ita ait: Totius prudentiæ compendium in literis continetur: si respublica regenda est, si prælia committenda sunt, si castra mutanda, si machinæ erigẽdæ, si renouandi aggeres, si propugnacula facienda, si militiæ cultus, si reuerentia legum, si finitimarum gentium amicitiæ sunt seruandæ: libri hæc omnia erudiunt ad perfectum. Princeps quidem sine literis, est nauis sine remige, & volucris sine pennis.

Scriptura continens plura capitula, & in quibusdam aliquis confitetur contra se, in quibusdam vero pro se: statur autem his, quę dixit contra se, sed non his quæ dixit pro se. vide Aret. in l. die sponsaliorum. §. Lucius Titius. ff. deposi. fo. 56. nu. 4.

Secretum sibi commissum diuulgans, videtur iniuriari ei, cuius secreta diuulgat. Are. in l. depositũ. §. apud Iulia. ff. depositi. fol. 54. nu. 11.

Sepultura de iure canonico quadruplex est. Areti. in l. nemo apostolorum. C. de sacrosan. eccle. fo. 6. nu. 1.

Sententia lata pro vno, sicut alteri nec prodest, nec nocet: ita nec iuramentum. Are. in l. ait prætor. de iureiu. nu. 8. fo. 26.

Sententiam adeptus vel iuramentum pro se, si actione pristina, & nõ actione in factum, ex sententia agere vult, oportet eum facere probationes de nouo, nec sufficit ostendere sententiam vel iuramentum. vide Aretin. in l. eum qui iurauit. ff. de iureiuran. folio 34. numero 5.

Sententia lata contra iuramentum valet. Are. in l. ait prætor. la ij. ff. de iureiu. fo. 27. nu. 9.

Sententia lata inter alios, sicut alteri non nocet, ita & probationes factæ inter alios non nocent alteri. Areti. in l. ait pretor. la ij. ff. de iureiu. fo. 29. nu. 35.

Sententia lata super libello inepto, est nulla ipso iure, equiparãdo iuramentum sententiæ. ita Aret. in l. si patronus. ff. de iureiur. fo. 31. nu. 2. cui adde quæ ponit in hac materia d. Iaso. Mayn. Inst. de actio. §. omnium.

Sentẽtia quando est lata super vna specie, si libellans deducat alteram speciem eiusdem generis, oportet vt eam qualificet. Aret. in l. qui iurasse. ff. de iureiu. fo. 33. nu. 18.

ex Sententia oritur actio iudicati. Aret. in d. l. qui iurasse. in §. si quis iurauerit. fo. 33. nu. 21.

Sententia lata contra principalem, non potest mandari executioni cõtra fideiussorem de iudicato soluendo. Aret. in d. l. qui iurasse. in §. si quis iurauerit. fo. 33. nu. 23.

Sententia lata super re, habet locum & executionem in æstimatione. Aret. in l. eum qui iurauit. ff. de iureiu. fo. 34. nu. 8.

de Sententia ad iuramentum licitè arguitur. Aretin. in d. l. eum qui iurauit. fo. 34. nu. 13.

Sentẽtia lata per collusionẽ procuratoris, quãuis noceat dño, tñ in procuratore legali secus est. Aret. in d. l. eum qui iurauit. fo. 34. nu. 14.

Sententia lata pro fideiussore, prodest principali. Aret. in l. creditores. ff. de iureiu. fo. 37. nu. 7.

Sententia diffinitiua & decretũ differunt inter se. nam sententia lata ex falsa causa valet, preterq̃ in casib⁹ notatis in l. si is ad quẽ. de acq. hære. per Bar. & in l. qui Romę. §. duo fratres. de ver. obl. per Ang. & Moder. Sed in decreto regula est in contrariũ, siue interponatur in vi cõtentiosæ iurisdictionis, siue in vi voluntariæ iurisdictionis. vide de hoc per Are. in l. iuste. ff. de acquirend. posses. fo. 26. nume. 1. tu etiam vide de materia sententiæ & decreti per Abba. in c. inter cæteras. de senten. & re iudi. & ibidem etiam per Butr. & Imo. qui late differunt de hac materia: & But. in c. ab excommunicato. viij. col. ver. quandoq; dicebam. de rescrip. & vide Fely. in c. quoniã contra. de proba.

Sententia dicitur esse nulla, vbi iudex nõ bene vidit acta causæ. Are. in l. stipulatio. §. si quis ita. ff. de verb. obli. fo. 67. nu. 15.

Sententia lata per arbitros super parte, licet non absoluat, in reliquo valet. Aretin. in l. stipulatio. §. si stipulanti. ff. de verborum obli. fo. 70. nu. 28.

Sentẽtia regulariter cõtra vnũ lata, super iure indiuisibili, nõ nocet alteri. Are. in l. stipulationẽ. §. ex his igit. ff. de ver. obl. fo. 76. nu. 14.

Sententia lata sub conditione, nunquid valeat. vide Areti. in l. impossibilis. ff. de verb. oblig. fo. 87. nu. 3.

Sententia secunda continens idem quod prima, non valet, etiam si feratur in diuersa instantia. Aret. in l. qui bis. ff. de verb. oblig. fol. 95. numero 3.

Sententia absolutoria lata super parte, nunquid pariat exceptionem rei iudi. si petatur reliquum. vide Aret. in l. scire debemus. ff. de ver. oblig. fo. 99. nu. 3.

Sentẽtię confirmatio cùm petitur coram superiore, semper probari debet solẽnitas sententię. ita Aret. in l. sciendum. ff. de verborũ oblig. fo. 103. nume. 13.

Sententia lata super negocio principali, an pariat exceptionem rei iudicatæ in iudicio pœnæ. vide Aret. in l. quidam cum. ff. de verbo. oblig. fo. 154. nu. 7.

Sententia lata contra principalẽ debitorẽ, non nocet fideiussori. Are. in l. ex duobus. ff. de duob. reis. fo. 190. nu. 9. & dicit etiã ibi in nu. 8. ꝙ causa sententiæ declaratur per acta. Itẽ in nume. 13. dicit, ꝙ ei cui non nocet sententia, non nocent etiam acta.

Sentẽtia interlocutoria lata ex falsa causa, nunquid sit ipso iure nulla. vide Are. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hære. fo. 145. nu. 4.

Sententia cùm fertur ex illegitima causa, cum ista dictione, maxime, vel præsertim, potest saluari sententia si ex alijs colligitur alia legitima causa, aliàs non. Aretin. in d. l. si is ad quem. ff. eodem. fo. 145. numero 6.

Sententia banni nunquid transeat contra hæredes, si quis est bannitus pro crimine ex forma statuti. vide Aretin. in l. qui à latronibus. §. si quis in capitali. ff. de testa. fo. 209. nu. 7.

Sententiã iniquã pro se latam, non põt quis dicere iniquam. Aretin. in l. si seruus pluriũ. ff. de legatis j. fol. 276. nume. 1. Dicit etiã ibi idem Areti. quod sententia condemnatoria lata in odium delinquentis, nonnunq; ei prodest.

Sententia lata contra præsentem, si falsa causa non sit in ea expressa, valet, & in causa appellationis põt reformari ex vera causa. Aret. in l. errorem. C. de erro. cal. fo. 40. nu. 5.

Sentẽtia declaratoria criminis tacitã habet condẽnationẽ. Are. in l. decuriones. C. ex quib. caus. infa. irroge. fo. 44. nu. 4.

Sentẽtia põt ex postfacto pro parte valere, & pro parte nõ. Are. in l. minus. C. si aduersus rem iudi. fo. 54. nu. 2.

Seruus alienus institutus hæres nõ potest legari. Aret. in l. j. §. veteres. ff. de acqui. posses. fo. 11. nume. 75.

ex Separatis non rectè infert. l. Papinia. cũ vulgarib⁹. ff. de minoribus.

Seruus bona fide possessus, regulariter quicquid quærit, quærit domino, nisi quærat ex opera vel ex re bonæ fidei possessoris. ita dicit Aret. in l. cùm fundus. si cer. pet. fo. 21. numero 10. quod dictum approbatur ab eo per l. liber homo. ff. de acquiren. re. do. & l. si seruus. eodem titulo.

Seruus non potest præiudicare domino in diminuendo, sed in acquirendo sic. Are. in l. bona fide. ff. ad senatuscons. Velleia. fol. 52. nu. 1.

Seruitus quę habet in se causam discõtinuã, nõ præscribitur. Are. in l. j. ff. de acq. pos. fo. 6. nu. 29. Adde quæ habẽtur in l. seruitutes. ff. de serui. & ibi Barto. Ang. & alij & Bar. in l. j. ff. de aqua pluuia arcẽ. & omnes in l. ij. C. de serui.

Seruus acquirere potest possessionem extraneo, non solùm tanquã negociorum gestor, sed etiam tanq; procurator. Aret. in l. j. §. hæc quę de seruis. ff. de acqui. pos. fo. 11. in nume. 76.

Seruus quandò proclamat in libertate, perditur possesio naturalis, sed non ciuilis. Aret. in l. possideri. §. si seruus. ff. de acquiren. posses. fo. 20. nu. 46.

Seruus ad hoc vt oneretur onere probãdi, sufficit eum esse in quasi possessione libertatis dolo malo, id est mala fide. Aret. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. fol. 32. nu. 14.

Seruus qui subtraxit rem domino, ita dicitur esse in mala fide, vt non possit præscribere, etiam cõtra tertium. vide Aret. in l. Pomponi⁹. §. ex facto quęritur. fo. 38. nu. 26. & aduerte, quòd est ibi mendum: nam non debet legi, & facto: sed, ex facto.

Seruus si haberet liberam administrationem, potest vendendo & alienando trãsferre dominium. Aret. in l. si seruus. ff. de acqui. posses. folio 40. nu. 35.

Seruitutis stipulatio est naturaliter indiuidua. Areti. in l. stipulationũ. §. & harum omnium. ff. de verb. oblig. fo. 74. nu. 6.

Seruus promittens aliquid extra peculiarem causam, non obligat dominum de peculio. Aret. in l. si ex duobus. ff. de duo. reis. folio 186. numero 3.

Sigillum qualiter præiudicet, probet, vel autenticet scripturam. vide remissiones datas per Aretinum in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obliga. folio 147. numero 6. Libet autem mihi hoc in loco digressionem non alienam ab instituto nostro facere, locumq; alioqui obscurum explanare: in quo noui multos hallucinatos esse sæpissime: quem locum etiam ego didici ab Alexandro de Alexandris: neque enim volo me induere alienis plumis, vt vtar verbis Fely. in capitu. ex parte. de rescriptis. Benignum etenim est, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris: & pusilli profecto animi, & infelicis ingenij est, in furto deprehendi malle, quàm mutuum reddere. Inquit igitur Scęuola iuriscõsultus. ff. de legatis iij. Paterfamilias ita legauit: Lances numero duas leues, quas de sigillaribus emam, dari volo. Is de sigillaribus leues quidem non emerat, lances autem emptas habebat, & dictauerat testamentum ante triduum, quàm moreretur. Quæsitum est, an lances, quas emptas de sigillaribus habuit, legato cederent, cùm nullas alias de sigillaribus emerit, nec legauerit. Respondi secundùm ea quæ proponerentur, deberi eas, quas de sigillaribus emisset. Hęc Scæuola. Ego verò sæpenumero quæsiui à viris quibusdam do-

ctis, multiq; nominis inter causidicos, quid esset dicere, lances quas de sigillaribus emam dari volo, isq; de sigillaribus, leues quidē non emerat. ac sæpius repetitum nomē, de sigillaribus, quid designaret. Atque hi fere omnes quid significaret nomen illud, se nescire fatebantur: inter hos vero vnus fuit, maxime quidem audax, qui cùm sigillaria vasa esse diceret ad vsum nescio quem præparata, informia & impolita, & quædā nugalia ex interpretis autoritate, demū post multa deblaterata verba cùm se quoq; in contextu verborum & eruēdo sensu obstruso dubitare diceret, haud multo pòst nactus nescio quam occasionē, est causatus sibi negotiū esse: nō aliter explicato dubio quod quærebā, discessit, atque abijt. Cuius illecebra admoneor, vt pessime cū his actum magnopere censeam, qui prætermisso Latinę linguę nitore & cultu verborū, statim ad legū interpretamenta præcipites trahunt, magno errore nimis properæ festinationis: siquidē hoc primū docendi sunt, quonā modo vim ac sensa verborum & iurisconsultorū mentem plane percipiant: vt si quid in controuersiam venerit, non inuersos & præposteros sensus, sed proprios assequantur significatus. Sigillaria enim vicū esse Romę celebrem, vbi venum venales res exponebantur, ibiq; vasa pręcipua, signaq; exquisita artis ex ære argentoq; fabrefieri solebant: vnde nomen factum loco, notum fere, & peruulgatum est. Suetonius in vita Claudij Cęsaris, Essedum argenteum (inquit) sumptuose fabrefactum & venale ad Sigillaria redimi, concidiq; corā imperauit. Idem in Nerone: Sphorum Romę circa Sigillaria comitatus est. Aulus Gellius in Noctibus Atticis, Apud Sigillaria forte in libraria ego & Lucius Paulus consedebamus. & pleraq; eò pertinentia exempla, ne singula exequar, quæ omniū sermonibus celebrata sunt. Huc etiam spectare potest, q dies Sigillariorum Saturnalibus adiectos legimus, quibus imagunculæ & simulachra venalia in Sigillaribus proponebantur, quę pro suis capitibus in sacellum Ditis Romani deferebant. Fuit igitur opinio Scęuolæ, testatorem, qui lances, quas leues de Sigillaribus se empturū promiserat, legasset: & morte præuentus non emisset, sed emptas de Sigillaribus antea habuisset: licet leues se empturū promisisset: tamen ne testatoris voluntas irrita fiat, illas quas de Sigillaribus prius emisset, qualescūq; forent, legato accedere voluisse. Hęc autē dixisse volui, quo studiosi cognoscere possint, multa esse apud illos veteres iurisc ōsultos, quę non belle intelligi possunt sine aliqua historiarum cognitione.

Simplex liberatio etiam quæ fit causa alterius, vel obligationis tertij, non includitur sub dispositione exorbitanti de obligatione loquente. Aretinus in l. quāuis. ff. ad senatuscon. Velleia. fo. 50. nu. 2.

Simpliciter fieri quonammodo dicatur aliquid. vide Aretinum in lege stipulatio. §. si quis simpliciter. ff. de verbor. obligatio. folio 68. numero 20. & vide de hoc verbo, simpliciter, Barto. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obligatio. & ibidem vide do. Alexand. de Imo. ad fi. & in l. ea quæ. xj. quęstio. C. de cōdic. inde. & vide etiam Ludo. Roma. in d. §. si quis simpliciter. tu vide etiam ibi eundem Areti. in numero 22. vbi quærit, nunquid simpliciter negans maleficium, si est conuictus, possit postea allegare se id ad sui defensionem fecisse.

Simplex negotiorum gestor, an possit interpellare. vide Aret. in l. si seruum. §. nunc videmus. ff. de verb. oblig. fo. 112. nu. 21.

Simulare secundùm Io. An. est magnum peccatum. vnde Gregorius: Simulata ęquitas, est magna iniquitas. & Tullius lib. j. Officiorum: Totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quàm eorum, qui cùm maxime fallunt, id agunt, vt boni viri esse videantur. & legitur in Vita patrum, q in nullo sic gaudet inimicus, quemadmodū in illo qui cogitationes suas manifestare non vult.

Syndicus, vel procurator ciuitatis, si accipit mutuum, videtur obligari etiam ipse ex mutuo, etiam quando ciuitas ipsa obligaretur. Areti. in l. ciuitas. si cert. pet. fo. 19. nu. 2. quod quidem tenet etiam Bart. ibi, qui dat pro regula, quòd quando procurator contrahit procuratorio nomine domini, in dubio contrahens videtur contrahere contemplatione vtriusq;: vt not. in tex. & glo. in l. si pupilli. in principio. ff. de nego. gestis. & vide Bald. in l. ei qui, C. quod cum eo. post Cynum.

Syndicus particularis vniuersitatis, ad agendum constitutus, non videtur habere mandatum cum libera. Areti. in l. iusiurandum. ff. de iureiur. fo. 35. nu. 5.

Sicut emptor sciens rem esse alienam, non habet regressum de euictione: ita nec creditor accipiens scienter pignori rem alienam. Aret. in l. creditor. ff. de pigno. actio. fo. 48. nu. 5.

Socius omnium bonorum, non videtur habere mandatum à socio, alienandi partem socij, nisi alter consentiat. Arc. in l. si socius. si cer. pet. fo. 17. nu. 4. quod tamen secus esse dicit in socijs vnius trafici, vel apothecæ, in pertinentibus ad traficum. & ad hoc vide glo. in l. nemo. in prin. ff. pro socio.

Soluens scienter procuratori reuocato non liberatur. Arc. in l. eius qui. si cer. pe. fo. 23. nu. 5.

Solutio ficta in omnibus videtur habere effectum verę solutionis. Areti. in l. si mulier. ff. de condi. ob causam. fo. 41. nu. 1.

Soluens falso procuratori, quem credit esse verum, videtur soluere, non vt statim sit liberatus, sed vt faciat eum liberari à domino. ita Are. in l. si procuratori. ff. de condi. ob causam. fo. 41. in nu. 3.

Soluens falso procuratori simplici indebitum, agit condictione indebiti contra dominum ratum habentem, ita Bar. in l. si procuratori contra dominum ratum habentem. ita Barto. in l. si procuratori. ff. de condi. ob causam. & Arc. in d. l. fo. eo. nu. 5.

Soluens ob turpem causam finitam, vel cessantem, non videtur habere respectum ad causam, ex qua non potest conueniri. Areti. in l. si ob turpem. ff. de condi. ob tur. causam. fo. 44. nu. 1.

Soluens debitum vero procuratori, liberatur incontinenti, etiam si dominus postea non habeat ratum. Are. in l. si procurator. ff. de condi. inde. fo. 45. nu. 3.

Solutionis tempore indebitum potest effici debitum, & impediri repetitio ex causa de præterito nouiter purificata. Are. in l. sub conditione. ff. de condi. inde. fo. 45. nu. 1.

Solutio falsæ pecuniæ est reprobata, nec inducit liberationem. Are. in l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pigno. actio. fol. 48. nu. 3. dicit autem ibi glo. in versi. non liberat. quod non videtur solutum, quod deterius soluitur, quàm debet: vt habetur etiam in l. j. §. si res. ff. depositi. & de solut. l. qui sibi. §. fi. & l. iij. §. si res. ff. commo.

Solutio ex vna causa indebita facta potest conuerti in aliā causam debitam, respectu eiusdem rei, vel pro liberanda eadem re. Are. in l. debitor. ff. de pigno. acti. fo. 49. nu. 2.

Solutio facta ob vnam causam, non prodest in aliam. l. cùm ex pluribus. ff. de solu. & ibi per Bar. & per Fran. Are. in l. depositum. §. eleganter. ff. depositi. fo. 54. nu. 7.

Solutum semel iterum accipiens, stellionatus crimine punitur, etiam si illud autoritate sententiæ acciperet. Areti. in l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. manda. fo. 60. nu. 6.

Si Soluitur promissum ex turpi causa, transfertur dominium, nec datur repetitio, vbi ex parte vtriusq; est par turpitudo. Are. in l. j. ff. de acquiren. possess. fo. 8. nu. 48.

Solutio partis ab vno ex hæredibus facta, non inducit liberationem, quousq; alij soluant in eadem re. Aret. in l. stipulationum. §. ex his igitur. ff. de verbo. oblig. fo. 75. nu. 10.

Soluens liberatur ab obligatione de iure ciuili. Aret. in l. creditori. C. de pactis. fo. 16. nu. 1.

Soluens non præsumitur legitimam habere defensionem. Arc. in l. cū te. C. de his quæ vi me. cau. fo. 52. nu. 2.

Solennitas quando necessario non requiritur, si sit adhibita inepte, nō vitiat actum. Arc. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirē. pos. fo. 34. nu. 25.

Solennitas quæ seruatur in testamentis, introducta est in fauorem publicum. Are. in l. testamenti factio. ff. de testa. fo. 200. in nu. 1. quærit etiam ibi idem Are. in nu. 2. nunquid solennitas testamentorum tolli possit per pactum priuatorum.

Solennitas non requisita ad actum, si adhibetur in actu minus legitimæ, non vitiat dispositionem. Are. in l. hæredes. ff. de testa. fo. 217. nu. 4. & vide etiam Fely. in c. inter dilectos. de fi. instru. vide etiam Are. in d. l. hæredes. in nu. 8. vbi dicit, q solēnitas requisita in actus confectione, non requiritur in eius declaratione.

Sodomita, qui videlicet abutitur puero, de iure ciuili debet decapitari: vt habetur in authen. vt non luxu. contra naturam. & de pœ. di. j. solicitatores. §. qui pueros. De iure vero canonico, si est clericus, debet ab ordine clericali, & à cœtu clericorum remoueri, ac in arctis monasterijs recludi ad pœnitentiam peragendam: laicus autem excommunicari debet, & à fidelium cœtu repelli: vt in capi. clerici. de exces. præla. & ibi glo. in verbo, subdantur. & docto. & glo. in c. flagitia. xxxij. qō. vij. in verbo, peruersitate. Et profecto luxuria quidē omnis mala est, hæc autem pessima: est enim imprudens, & portentuosa: qua qui vtuntur, recte portentuosi homines appellari possunt: etenim nullum monstrum magis est præter intentionem naturæ, quàm sit istud: & tamen multi hac nostra tempestate hoc vitio infecti reperiuntur, & præsertim hi, qui alios ab huiusmodi nefandissimo vitio amouere deberent: & hi sunt, qui ecclesiæ gubernacula retinent, quique pinguiora sacerdotia possidentes, ca in huiusmodi scelere consumunt. Ego enim quendam cognoui, qui sex mille aureorum quotannis ex sacerdotio quodam vel Abbatia percipiebat, cosq; omnes partim conuiuijs & compotationibus, partim vero in cynedis & catamitis enutriendis consumebat: is enim sollicitatores quosdam alienæ pudicitiæ etiam habebat, quos salario adhibito domi alebat, vt prauissimis suis satisfaceret libidinibus: sæpenumeroque centum elargitus est aureos puero quopiam pulcherrimo, vt secum vel vna tantùm nocte cubaret. Heu miseri atque infelices Christiani, cur hæc fieri patimini? nónne videtis nos brutis animantibus deteriores esse? hi enim nunquam inter se mascula vtuntur venere: nos vero, qui ratione præditi sumus, ea abiecta & explosa, naturalem vsum mutauimus

mus in eum vsum, qui est contra naturam: quam ob rem si Deus sepe immittit tempestates, terræmotus, & pestes, minime mirari debemus: quia nullo alio vitio ita irascitur deus, quàm cùm homines hoc fœdissimo sodomitico vitio abutuntur.

Sodomita incendio puniendus est: vt Gen. 19. & j.q.iiij. §. his ita. versicu. paruulos. C. de adul. l. cùm vir. de poe. distin. j. sed continuo sine. capite, qui puero. ea. distin. & hoc si sint laici. Et de tali crimine contra legem verè potest cognoscere & punire Papa quemlibet, etiam infidelem, siue sit Iudæus siue Sarrascenus. Propter autē hoc vitium, vt dicitur in auten. vt non luxu. contra naturam. colla. vj. inducuntur pestilētiæ & tempestates, & est tantæ maledictionis, quòd vir ab vxore potest dimitti, si vir id exerceat: vt plene colligitur xxxij. q. vij. omnes causationes. & c. adulterij. & hanc sententiam fouet Lauren. & econtra potest dimittere. Hoc profecto vitium sodomiæ detestabilius est, quàm secundùm ordinem propriam matrem cognoscere. vt dicit Aug. & habetur xxxij. qō. vij. c. adulterij. in principio. & Archidia. in libbello, quem fecit super criminibus hæresis, simoniæ, apostasiæ, idolatriç, ac vitij Sodomitici: quem librum Clementi Papæ misit.

Spurius dicitur, quasi spureus, hoc est impurus, obscœnus, lutulentus. Est autem spurius, non qui à Græcis dicitur nothus, hoc est ex adulterio natus, nam is Latinum nomen non habet, ideoque vtuntur autores peregrino, sed incerto patre natus: quem Modestinus vulgo conceptum appellari scribit: siue is qui eum patrem habet, quem habere non licet: vnde spurios etiam versus dicimus alterius ac incerti autoris. Est autem hoc genus hominum adeo pessimum, vt nihil peius, meo quidem iudicio, inueniri possit: multos enim cognoui & spurios, & nothos, qui quidem vitijs innumeris infecti erant: neque censeo nothum aliquem & spurium posse virtute aliqua fultum & exornatum esse: quod facile ex varijs & antiquis & recentioribus historicis luce clarius patere potest. Sed tamen cùm non sit in præsentia instituti mei hic exempla adducere super huiusmodi re: ad Sallustium in primis, qui Iugurthinum bellum descripsit, vos relego: ibi enim nothi illius Iugurthæ ingenium cęterorum naturam demonstrabit. An autem concessa legato vel comiti potestate dispensandi cum spurio & cum incestuoso possit dispensare, cum eo in quo concurrit vtraque qualitas. vide Areti. in l. stipulationum. ff. de verborum obligatio. fo. 73. numero. 1.

Subreptio & abreptio qualiter defferant inter se. vide Areti. in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. possessio. folio. 40. nu. 3.

Substantiæ diuersitas inducitur ex diuersitate temporis. Aretinus in l. stipulatio. §. si stipulanti. ff. de verborum obligatio. folio 70. numero. 27.

Substitutio reciproca an tollat suitatem. vide Are. in l. si filius hæres. ff. de libe. & posthu. fo. 40. in nu. 5.

Substitutio facta in vnum casum in persona substituti, non extenditur ad alium casum: nec permissio legis facta in vno casu trahitur ad alium. Are. in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de libe. & posthu. folio 69. nume. 51.

Substitutio vulgaris quæ dicatur. vide Areti. in l. hæredes autem. ff. de vulg. & pupil. fo. 65. nume. 7. vide etiam eundem in d. l. in nu. 9. an substitutio facta in vnum casum trahatur ad alium. Dicit etiam ibidem in nume. 15. quòd pupillaris substitutio fieri nō potest filio pręterito.

Substituo, verbum, de sui proprietate secundum gradum, non autem primum significat. Aretin. in l. moribus. §. prius. ff. de vulga. & pup. fo. 74. nu. 15.

Substitutio reciproca facta duobus impuberibus, & vni puberi, nunquid contineat tacitam pup. vide. Are. in l. nam hoc iure. ff. de vul. & pup. fo. 75. nu. 6.

Substitutio per verbum ciuile directum, si semel valere potuit iure directo, non trahitur ad fideicō. Are. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. fo. 77. nu. 1. dicit præterea ibi in nu. 2. q̄d qui non capit tanquā substitutus, non potest admitti tanquam cohæres.

Substitutio compendiosa per quæ verba fiat. vide Areti. in d. l. verbis ciuilibus. ff. de vul. & pup. fo. 77. nu. 3.

Substitutio quæ nullam affert vtilitatem, est inutilis, & non valet. vbi cunque autem potest afferre vtilitatem, etiā si prima institutio sit simplex, tunc valeret. Are. in l. si pater. §. nemo institutus. ff. de vul. & pupil. fo. 82. nu. 10. & ibi tam in text. q̄ in summario corrige affert: non autem vt impressum est, aufert.

Suitas confirmat pupillares tabulas, non tamen legata relicta in testamento. Are. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pup. fo. 82. in nu. 1. & etiam in nu. 7.

Substiutio pupillaris an extinguatur per ingressum religionis. vide Aretin. in l. in pupillari. ff. de vulg. & pupil. folio. 84. nu. 2. ver. pro complemento.

Substitutio compendiosa alicui facta, si sine liberis decesserit, non facit hanc substitutionem esse fideicommissariam; imo est pupillaris de iure communi intra pubertatem. ita Are. in l. centurio. ff. de vul. & pup. fo. 84. nu. 1.

Substitutio vna & eadem variatur secundū tēpora. Are. in d. l. cēturio. ff. eo. fo. eo. nu. 3.

Substitutio, quæ non continet pluralitatem temporum, non dicitur cōpendiosa. vide Areti. in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. folio 86. numero 6. dicit etiam ibi numero 7. quòd substitutio compendiosa potest dici, quæ vno compendio, vel oratione continet plures substitutiones.

Substitutio facta per verba directo ciuilia, post tempora pubertatis, nō trahitur ad fideicom. Aret. in l. centurio. ff. de vulga. & pupil. fo. eo. nume. 8.

Substitutio pupillaris fieri nō potest filio præterito. Aret. in l. si quis. §. si suo testamento. ff. de vulg. & pupil. fo. 91. nume. 3.

Substitutio vulgaris quid sit. vide Areti. in l. si plures. ff. de vulga. & pupil. fo. 94. nu. 2. & vide eundem ibi in nu. 3. qui dicit, q substitutio & ius ipsius non transmittitur ad hæredem. & dicit etiam ibi in nu. 4. q qui vocatur ad substitutionem sub nomine hæredis, nō potest succedere, nisi adeat hæreditatem.

Substitutio vulgaris facta per ista verba, si hæres non erit, de proprietate sermonis comprehendit, siue quis nolit esse hæres cùm possit, siue non possit esse hæres. Are. in l. si mater. ff. de vulga. & pupil. fol. 100. nume. 2.

Substitutio reciproca videtur esse vnus modus substituēdi vulgariter, non species substitutionis de per se. Are. in l. potest quis. ff. de vulg. & pupil. fo. 104. nu. 3.

Substitutio vulgaris habet locum, etiam si hæres institutus decedat viuo testatore. ita Areti. in l. cùm ex filio. §. quidam. ff. de vul. & pup. fo. 107. nu. 8. dicit etiam ibi in nu. 9. q substitutio vulgaris pluribus facta resoluitur in singularitates.

Substitutio vulgaris videtur institutio conditionalis. Aretin. in l. cohæredi. ff. de vulg. & pup. fo. 107. nume. 1. & in l. Lucius. ff. eo. fo. 120. numero 7.

Substitutio alicui facta, si hæres non erit, facta videtur nō solùm in portione, in qua est scriptus, antequā fiat substitutio: sed etiam in portione, in qua post substitutionem scribitur. ita Are. in l. cohæredi. ff. de vulg. & pupil. fo. 107. nu. 2. dicit etiam ibi in nume. 3. q substitutio reciproca continet vulgarem substitutionem.

Substitutio duplex oriri potest ex vna oratione, & vnico contextu verborum. ita Areti. in d. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. eodem. fol. 110. nume. 10. habes insuper ibi in nu. 11. quòd stipulatio reciproca simpliciter facta non continet substitutionem fideicom. & in numero 12. dicit idem quod pupillariter substitutus habetur perinde ac si esset institutus.

Substitutio facta duobus, quandò non resoluatur in singularitates. vide Areti. in l. qui duos. ff. de vulga. & pupilla. folio 111. numero 1. & ibi dicit etiam, quòd in detractione Falcidię, nō computatur nisi patrimonium testatoris, quod peruenit ad substitutum ex iudicio defuncti.

Substitutio facta per hæc verba, Quisquis mihi hæres erit, substitutū admittit, qui est hæres nomine, licet nō re. Are. in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & pupil. fo. 117. nu. 21.

Substitutio vulgaris facta duobus copulatiue, resoluitur in singularitates. Aret. in l. seruum communem. ff. de vulga. & pupilla. folio 122. numero 1. habes etiam in d. l. in nume. 2. q substitutus præfertur cōiuncto, cui aliàs portio hæreditatis accresceret. Item dicit idem ibi in numero 8. quòd substitutus pupillariter dicitur esse necessarius primi testatoris.

Substituto non est locus, quandiu institutus potest adire. Aretin. in l. quandiu. ff. de acqui. hære. nu. 1. fo. 126.

Substantia patrimonij defuncti præsumitur posse cognosci per inspectionem scripturarum eius. Areti. in l. Aristo. ff. de acqui. hęred. nu. 1. fo. 151.

Substitutio cùm est vnita cum iure accrescendi, assumit eius naturam. ita Aret. in l. si quis hæres. ff. de acqui. hære. nu. 1. fo. 158.

Substitutio pupillaris, per quam pupillo succeditur, facta videtur ad cōmodum pupilli. ita Are. in l. si pupillus. ff. de acqui. hæred. numero 1. fo. 160.

Successor tenetur soluere debita prædecessoris, si debitum fuit contractū in ecclesiæ vtilitatē. ita not. Abb. in c. j. de solu. & vide etiā quod not. Bal. in l. iubemus. in prin. C. de sac. san. eccle. & vide glo. in c. fi. in ver. debitis. de offi. ord. in vj. & Pau. de Cast. in cōsi. liiij. in c. quia exceptio[illegible]. & vide Aret. in l. ciuitas. si cer. peta. nu. 7. fol. 20.

Successoris appellatione proprie continetur vniuersalis: non autem singularis successor. Aret. in l. Pomponius. §. quæsitum. numero 13. folio 36. & vide quid sentiat ibi dominus Ias. May. & vide etiā Paulum de Castro in l. quidam. §. is autem. ff. de eden. & dominū Alexand. in l. stipulatio ista. §. hi autem. de verborum oblig. & vide dominum Bartholomeum Soci. in consi. suo mihi numero cclvij. incipien. visis inuestituris Romanorum Pontificum. versicul. aliquan-

do & quarto & vltimo cōceditur feudum in ij.parte. charta cxxiij. qui dicit, quod de proprietate sermonis verbum successoris includit quemlibet vniuersalem successorem: & vide eundem dominū Soc. in consi.cl.incipien.& nos introducere dignetur in cubiculū suum. versi.pro cuius opinione etiam facit.in j.parte.char.clxxvij. vbi dicit, quòd successor dicitur ille, qui iuris vniuersalis, vel quotæ ipsius defuncti successor est. vide eum ibi, qui alia quædam conducētia ad hoc adducit.

Successor singularis vel vniuersalis an posit sibi coniūgere tēpus prædecessoris, vel autoris sui, qui bona fide possidebat, sed non cum titulo, vt perficiat præscriptionem longi temporis. vide Are.in l.Pōponius.§.in dote.ff.de acqui.pos.nu.17.fo.37.

Successor singularis ita succedit in tempore autoris ex causa lucratiua, sicut ex onerosa. Are.in l.Pomponius.§.sed & legatario.ff. de acq. posses.nu.33.fol.39.

Summæ plures ex diuersis criminibus descendentes, an possint coniungi in vna. vide Are.in l.scire debemus.ff.de verb.obli.fo.100.nu. 4.

Superior mandans alicui factum aliqđ per seipsum exequi, videtur prohibita cōmisio alteri. Aret.in l.j.ff.de acqui.pos.nu.30.fo.6.& vide do.Ias.May.in d.l.j.& vide etiam multa ad hoc facietia per Petr.de Ancha.in c.si gratiose.de rescrip.in vj.& vide Bart.in l.qui liberis. §.hæc verba.ff.de vulga.& pupil.

Superior confirmans omnia priuilegia competentia vni ciuitati, vel ecclesiæ, videtur conformare iusta, non autem iniusta. Are.in l.qđ seruus.ff.de acq.pos.nu.4.fo.48.

Suppletio præsupponit aliquid esse, qđ suppleatur. est enim perfectio imperfecti, quæ non cadit in eo, qui penitus caret sensu. vide Aret. in l.quamuis.§.infans.ff.de acq.pos.nu.6.fo.56.

Suitas filij ita dependet à potestate, vt ille qui nō est in potestate tēpore mortis vere, nō posit esse vere suus, sed ficte. vide Aret.in l.Cornelia.ff.de testamentis.nu.3.fo.207.

Spoliatio facta lite pendente, est odiosior, quàm facta ante litem motam. Are.in l.naturaliter.§.nihil cōmune.ff. de acquiren. possessio. in nume.16.folio 32. & vide do. Iasonem Mayn.in d.l.naturaliter. qui aliter sentit.

Sponsalia contrahi possunt à parētibus pro filijs suis. Aret.in l. Titia. ff.de verb.obli.nu.1.fo.158.

Species diuersæ contractuum non resultant ex vno eodemꝙ actu, & maxime habentes naturam incompatibilem, sicut mutuum & depositum: ita dicit Aret.in l.mutuū damus.de reb.cred.nu.1. folio 4. Propterea dixit Paulus ibi: Mutuum damus recepturi, non eandem speciem, quam dedimus: alioquin aut commodatum erit, aut depositum: sed idem genus. Nam si aliud genus, veluti vt pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum.

de Specie ad quantitatem non est cōpensatio. Are. in l.si conuenerit.ff. de pigno.actio.nu.1.fo.47.

Species diuersæ non coniunguntur ad faciendum vnū totum. Areti. in l.in bonæ fidei.C.de pact.nu.3.fo.19.

Stipulatio interposita in personam primi emptoris, non extenditur in alteram personam, quę succedit loco sui, etiā vt possit cedi actio. ita Areti.ex mente Bar.in l.j.ff.si cer.peta.nu.23.fo.4. quem tamen vi deas ibi. videtur enim contradicere Barto.

Stipulatio validior & fortior videtur esse ad pariendū actionem, quàm numeratio, & mutuū. quod quidē probatur ex hoc: nam si fiat mutuū, & stipulatio sequatur incontinenti, oritur actio ex stipulatione, non ex mutuo: vt habetur per l.si ita.§.si.cum l.seq.ff. de noua. ad quod vide Fran. Are.in rubri.de reb.cre.nu.5. prima manu.fo.2.

Stipulatio quælibet semper habet in se contractum, vel causam contractus alterius. aliàs non valet. Aret.in l.certi condictio.nu.7.fo.9.

Stipulatio simplex quanꝙ non valet sine causa, valet nihilominus stipulatio conditionalis sine causa. Are.in l.cùm ad præsens, si certum peta.nume.1.fo.22.

Stipulatio tunc inutilis redditur, cū cōditio de præsenti vel de præterito sciri non potest, vtrū sit vera, vel falsa, per rerū naturā. Aretin. in d.l.cùm ad præsens.fo.22.nu.2.

Stipulatio nullo casu cōmitti posset, si per actionē intentatam contra Titiū liberaretur Seius. vide Are.in l.si ego decem.si cer.pe.fo.24. nu.2.& nota, quia facit contra opinionē dicentiū in d.l. secundū gl. magnā, ꝙ quādo est notorium primum non esse soluendo, tūc pōt agi contra secundum &c.

Stipulatio vel promisio simpliciter interposita, secundū pręcedentem tractatū limitatur. Aret.in l.tutor pupilli.ff.ad senatuscō. Velleia. fo.51.nu.3.

Stipulatio vtrum formari posit per scripturam absꝙ locutione. vide Areti.in l.stipulatio.ff.de ver.obli.fo.65.nu.2.& vide ibi fo.eo.nu. 7. nunquid infans posit stipulari.

Stipulatio vitiatur facta per interuallum responsionis, non autem per interuallum modici temporis. Aretinus in l.stipulatio.§. qui præsens.ff.de verb.oblig.fo.66.in nu.9.& 10. Quæ autē requirantur ad hoc, vt valeat stipulatio. vide ibi in nu.11.& dicit etiam ibi Aret.in nu.13.in §.si quis ita. ꝙ stipulatio redditur nulla per responsionem nutus.

Stipulatio constat ex consensu, & verbis, non ex consensu solo. Are.in l.stipulatio.§.si quis ita.ff.de verb.oblig.fo.68.nu.17. & vide eūdē in d.l.in §.si quis simpliciter.fo.eo. qui dicit, ꝙ non valet stipulatio, vbi facta est responsio sub diuersa qualitate.

Stipulatio non committitur, si offenditur persona non cōprehensa in stipulatione. Aret.in l.stipulationum.§.item si in facto.ff. de verb. oblig.fo.78.nu.19.

Stipulatio ad hoc vt sit pœnalis, necesse est apponi nomen pœnę. Are. in d.l.stipulationum.§.Cato.ff.de verb.obli.fo.79.in nu.22.

Stipulatio adiecta super contractu, qui venit accessorie ad contractum, assumere debet naturam suā. Are.in l.stipulationi.§.Cato.ff.de verbo.oblig.fo.80.nu.29.

Stipulatio recipit specierum multiplicitatem secundū formas contractuū, super quibus interponuntur. Aret.in l.stipulationū aliæ.ff. de verb.oblig.fo.83.nu.5.

Stipulatio in faciendo concepta, dicitur ea, quæ affirmatiuè continet factum. Aretin.in l.imposibilis.ff.de verbo.obliga.fo.87.nu.1.& ibi in nu.2. habetur, ꝙ stipulatio imposibilis negatiuè concepta, non suspendit obligationem.

Stipulatio quæ factum continet, nō committitur ad interesse, nisi elapso tempore, quo factum effici potuit. Aret.in l. si ita stipulatus essem.ff.de ver.oblig.fo.92.nu.1.

Stipulatio interposita expressa causa falsa, valet ex causa donationis, si partes ambæ sciebant causam esse falsam: secus si ignorassent, vel altera earum. Aret.in l.si diuortio.ff.de verbo.obliga.fo.95.in nu.1. habes etiā ibi in nume.2. ꝙ per stipulationem secundā, quæ plus continet quàm prima, prima non videtur nouari.

Stipulatio interposita ex causa turpi, an sit semper ipso iure nulla. Are. in l.generaliter.ff.de verb.obli.fo.98.nu.2.

per Stipulationem secundā quando non nouetur prima. vide Are.in l. scire debemus.ff.de verb.oblig.fo.99.nu.1.

Stipulatio interposita de homine dādo simpliciter, videtur in dubio ex causa præcedente interposita, ex qua homo poterat peti. Aret.in l. scire debemus.§.si à fure.ff.de ver.obli.fo.100.nu.7.

Stipulatio dicitur assumere naturam contractus, cui adijcitur. Areti.in l.sciendū.ff.de verb.obli.fo.102.in nu.6. vide etiā ibi in nu.7. qualiter in depositione testis præsumatur stipulatio.

in Stipulationis validitate persona stipulatoris magis, quàm promissoris attenditur. ita Areti.in l.multū interest.ff.de verborū obligatio. fo.105.nu.1.

Stipulatio non valet, quando res indistinctè non est in commercio stipulatoris. Are.in l.multum interest.ff.de verb.obli.fo.eo.nume. 2. & ibi etiam in nu.3. dicit idē Aret. ꝙ stipulatio nō impeditur cōtra hi per commercium promissoris & quomodo res dicatur non esse in commercio, vide ibi in nu.5.

Stipulatio negatiua personaliter concepta, transit etiam ad hæredem. Are.in l.stipulatio ista.ff.de verbo.obliga.fo.109.nu.3. vide etiam ibi in nu.2. ꝙ in stipulationibus indefinita æquipollet vniuersali ex proprietatē verborum.

Stipulatio incerta, respectu qualitatis & quantitatis, ipso iure nulla est. Are.in l.triticum.ff.de verbo.obliga.fo.113.nu.2. vide etiam ibi in nume.1. ꝙ etiam in stipulationibus id quod partes tacite senserunt, habetur pro expresso.

Stipulatio rei suę fieri potest sub conditione, licet non posit fieri pure. vide Aret.in l.existimo.ff.de verb.obli.fo.115.nu.2. habetur etiā in d.l.in nu.5. ꝙ stipulatio non committitur post tempus, quo factum potuit incipi, sed post factum quo potuit finiri.

Stipulatio super vna re interposita, ad aliam non extenditur. Aret.in l. quicquid astringendæ.ff.de verb.obliga.fo.116.nu.3.& nu.4. vide etiā eundem ibi in nu.6. vbi dicit, ꝙ stipulatio licet ex sui natura sit stricti iuris, comprehendit tamen casum fictum.

Stipulatori competit facultas variandi vsꝙ ad litem contesta. & non vltra. Areti.in l.si quis stipulatus sit Stichū.ff.de verbo.obli.fo.121. nu.4. tu etiam vide ibi in nu.5. ꝙ stipulatio seu promisio de satisdādo continet factum.

Stipulatus aliquid fieri certo tēpore suo arbitratu, videtur sibi arbitriū reseruare, non solū quo ad operis qualitatem, sed etiam quo ad qualitatem temporis. Areti.in l.cùm stipulatus sim mihi à Proculo.ff. de verb.obli.fo.121.nu.1.

Stipulatio pœnalis, in qua est adiecta dies, qñ cōmittatur. vide Aret.in d.l.cùm stipulatus.ff.de ver.oblig.fo.122.nu.3.

Stipulatio à principio incerta, quę tamen ex euentu venit deliberanda, non est nulla, Aret.in l.decem stipulatus.ff.de verbo.oblig.fol.131. in nume.1.

qui Stipulatur pecuniam in specie cum certi numeri adiectione, per dictionem, si, non potest agere ex stipulatione, si summa inueniatur minor. Aret.in l.si ita stipulatus.ff.de verbo.obligatio.fo.135.nume ro 2.

colliguntur ex præfationibus:ita do.Fran.in l.cùm quid.ff.si cert. pe.nu.7.fo.7.vide etiam de hoc do.Alexan.de Imo.in l.j.de verb. obligatio.in iij.col.versicu.v.no.& adde etiam eundem Aret.in l.si plagi.in §.j.col.in ver.iij.ratio.de verbo.obliga. In hoc tamen est habenda duplex consideratio:prima est,quòd ea quæ sunt consueta apponi in contractu, quandoq; concernunt substantiam actus, quandoq; verò solennitatem: si concernunt substantiam, tunc si pars non exprimit, licet sint consueta exprimi, potest notarius ea exprimere:nam sine illis contractus vitiatur.ita dicit Ioan.Andr. de instrumen.edi.§.instrumentum. ver. quid si à contrahentibus. per l.testamentum.C.de testa.& c.tuæ.cum sequen.extrà,de sponsa. Et quòd omissio substantialium consuetorum in rescriptis vitiet, probatur optime in c.ad nostram. & in c.porrecta.extrà, de confir.vti.vel inuti.si verò concernunt solennitatem,& si non exprimantur,habētur pro expressis.vt est tex.in c.cum M.Ferrariensis.ibi:sicut consueuit expressum.extrà, de constitu.& cùm solenniter not.ibi do.Anto.do Abb.& Imo.& ibi dicit Bald.non esse tex.in iure,qui magis sit ad propositum in hoc, quòd solitum apponi in contractu habeatur pro apposito, etiam si scriptum nō fuerit. & ad idem est tex.in c.ij.ibi:& si non apponatur.extrà,de rescript. quem ibi not.do.Car.& Imo.item tex.in c.quo ad translationem. ibi:sepe fuere.& ibi:nam licere.extrà,de offi.delega.& ibi solenniter do.Abb.& ad hanc differentiam inter substātialia & solennia, vide Archi.in §.nunc autem.xvj.q.vij.& an & quando tacitum habeatur pro expresso,distingue vt subtiliter per Barto.in l.quicquid astringendæ.ff.de verbo.oblig.& ad hoc etiam vide ibidem d.Alexan.de Imo.in j.col.in fi.in ver.op.de l.cùm quid.de verbo.oblig. & etiam adde eun.in l.j.de verb.oblig. & etiam videas eum in l.ij. eodem titulo.

Tacita reuocatio legati,quæ fit ex causa superuenienti,potest probari per duos testes,nec requiruntur quinq; testes.Arc.in l.Lucius.ff.de vul.& pup.fo.119.nu.5.

Tantum est dicere,promitto tibi stipulanti loco Titij:quantum est dicere,promitto tibi animo nouādi.Arc.in l.quāuis.ff.ad senatuscō. Velleia.fo.50.nu.4.

Tantùm est dicere,quempiam esse loco alterius, quantū, q̄ idem ius illi cōpetat,quod alteri.Arc.in l.tutor pupilli.§.cùm haberes.ff.ad senatus.Velleia.fo.52.nu.5.& vide etiam ad hoc Bar.in l.qui quadringenta.ff.ad Trebel.

Tantum est dicere,pono te per omnia in locum meum: quantum dicere, quòd omne ius,etiam priuilegij,& specialis prærogatiuę, tibi competat.Arc.in l.si mulier.ff.ad senatuscon.Velleia.fo.52.nu.2.

Tantum valet mādatum generale,quo ad genus, quantū speciale,quo ad speciem.Arc.in l.j.ff.de acquirenda possessione.folio 6.numero 34.

Tantum est dicere,possessio corporalis: quantum, possessio quæ immediate per actum corporis,vel per ipsum corpus apprehensa est. Arc.in l.si id quod.§.quod autem.ff.de acquiren.possessio.fo.49. nume.5.

Tantum est promittere intra calendas, quantū promittere calendis. vide Arc.in l.filius dum.ff.de verbo.obliga.fol.91.nume.3.& vide etiam eundem in l. qui ante calendas.ff.eod.fol.91.vbi etiam dicit, quòd promittens ante calendas,debet expectare finem diei calendarum:vnde non agit,nisi post calendas.& ibi habes in numero 2. quòd ista dictio,intra,ex proprietate sermonis complectitur extremam diei partem.& etiam tractat ibi in nume.3.de hac dictione, de qua etiam vide quod diximus superius in litera d.in §.dictio, post &c.

Tantum significat verbum,enorme damnum:quantū,magnū. Arc.in l.etiam aduersus.C.si aduersus vendi.pig.fo.56.nu.2.

Thesaurus licet esset pars fundi,nō tamen ab ignorante possidetur:quia animus possidendi non extendit se ad hoc.Arc.in l.possideri.§.Neratius.ff.de acqui.posses.fo.16.nu.16.

Tempus præsens significat actum,sed non perfectum.Aret.in l.clam possidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqui.pos.fo.24.nu.7.

Tēpus in stipulatione expressum,quod videri potest expressum causa obligationis differendæ, & causa demonstrationis duntaxat, in dubio causa demonstrationis videtur expressum.Arc.in l.liber homo.§.decem hodie.ff.de verb.oblig.fo.134.nu.3.

Tempus cùm non est à iure limitatum,declaratio pertinet ad iudicem. ita Areti.in l.continuus.ff.de verbo.obliga.fol.166.in nume.4.& etiam in nu.7.

Tempus traditionis non attenditur secundùm tempus nuptiarum, quando traditio præcessit nuptias.vide Areti.in l.si ante.ff.soluto matrimo.fo.11.nu.1.

Temporis diuturnitas facit præsumi solennitatem interuenisse. Aretin.in l. qui in aliena.§.sed & si non.ff.de acquiren. hęred.fol.129. in numero 3.

Tempus contractus inspicitur etiam in conditionali contractu, quo ad solutionem gabellæ. Arc.in l.hæres quandoque.ff.de acquiren da hæredi.fo.165.nume.3.

Temups à lege statutum,abbreuiari non potest sine causa.Areti.in l. quadiu.ff.de acquiren.hæredi.fo.171.nume.4.vide etiam ibi in nu. 5.nunquid pendente prima dilatione possit alia assignari.

Tempus medium illud esse dicitur,quod est inter duo extrema,quantumcunq; sit proximius vni extremo,quàm alteri.Arc.in l.qui à latronibus.§.si quis in capitali.ff.de testa.fo.208.nu.6.

Testis non tenetur respondere per verba iuris:nec ita respondens creditur dicto suo:id enim non pertinet ad testem. Fran.Arc.in l.j.de re.credi.nu.4.fo.3.

Testis respondere nō habet positioni obscurę,seu implicitę & captiosę.ita Arc.in d.l.nu.8.fo.3.

Testis de dicto suo tenetur reddere rationem immediatam per aliquē ex sensibus corporeis.ita dixit Are.in l.j.de reb.creditis.nu.10.fo. eo.& idem habetur in l.quod meo.§.fi.de acquiren.pos.

Testis dicens se scire aliquid,quia est vicinus, probatio ista concludit non necessario,sed præsumptiuè.ita Areti.in d.l.j.numero 11.folio 3.& pro hac doctrina vide Bald.in l.data opera.C.qui accu.non pos.& etiam vide eun.in l.j.in viij.colum.C.de ser.fugi.quem etiā ad hoc ibidem alleg.Arc. & vide quæ posui infrà in verbo,vicini præsumuntur scire &c.

Testes quorum aliqui dixerunt quippiam factum fuisse ante guerrā, & aliqui post guerram: quomodo reducantur ad concordiam, vt probent.vide Are.in l.ij.de re.credi.nu.18.fo.5. & vide ad hoc etiā quæ dixi in §.dictio,post.

Testi sibi ipsi contradicenti qualiter credatur. vide Areti.in l.ij.de re. cre.nu.19.fo.5.

Testes instruere licitum est,non autem subornare.ita Bald.in rubri.C. si ex fal.instru.arg.l.scripturæ.cum materia.C.de fide instrumento.& quod habetur in c.imputari.codem titu.adde Areti.in l.ij.de re.cre.nu.20.fo.6.

Testium verba non sunt cauillanda, neque probationes coangustandæ:vt habetur per Barto.in l.ij.C.de tempo.appella. Aretin.in l. mutuum damus.de re.cred.nu.22.fo.6.& etiam vide ibi prima ma. quando testes contradicerent instrumento., qualiter fiat reductio ad concordiam.

Testis qui primò dixit vera esse: deinde in fine iterum interrogatus, dixit,quòd credit verum esse illud, quod dixerat, destruit dictum præcedens tanquā contrarius:ita not.per Ioan.And.in c.inquisitionis.extrà,de accusa.Bal.autem in l.ij.§.quod obseruari.in iij.colū. ver.iij.oppono.C.de iuramen.calū.colligit ex glo.ibi in verbo, credit,quòd si testis dixit se credere id,quod prius per veritatem affirmauerat, non euanescit testimonium: quod dicit memoriæ commendandum.& hinc est,quòd si faciens interrogatoria,dicat interrogandos esse testes in fine,an quæ dixerint vera credant:debet tale interrogatorium rescindi: & fortius secundùm Ioan.Andr.ibi cancellandum est interrogatorium,an ex auditu, an ex credulitate dicat,in quo fortior est captio.Et dicit domi.Cardina.quem refert Ana.in c.inquisitionis. §.fi.de accusa.q̄ vidit de facto obtineri per talem responsionem testium factam generaliter post depositiones,non infringi responsiones præcedentes.allegat Spec.in d. loco,quem etiā sequitur d.Anto.& do.Abb.in d.§.fi.Et quamuis Specu.vbi suprà, requirens rescissionem talis interrogatorij, videatur sentire,q̄ responsio noceret:tamē dicunt do.Anto.& Imo. & post multa do.Abb.in c.quoties.extrà,de testi.quòd si prius reddit bonam causam:ista responsio non nocet.capitur enim illud,credere,pro scire,secundùm eos.quibus adde Bald.in l.j.in princi.per illum text.ff.de iusti.& iure. vbi dicit,quòd quamuis testis dicat, Vidi hoc,ni fallor.per hoc non debilitatur eius dictum.& idem clare sentit Bald.in l.solam.in q.v.C.de testi.in vltimis verbis.secus dicunt do.Anto.Imo.& domi.Abb.in d.c.quoties.si prius nullam causam assignasset: vel si assignasset promiscuam ad scire, & credere: quia sequens verbum,credo,vitiat eius dictum.& hanc limitationem bene not.tu vide Areti.in l.mutuū.de reb.credi.nume. 23.fo.6.

Testis admissus,qui quidem admittendus non fuit, non facit plenam fidem.Arc.in l.certi condictio.fo.10.nu.19.

Terminus legalis seruari debet ad vnguem, prout præfigitur.hoc habetur in c.vbi periculum.de ele.libro vj.& per Areti.ff.si cer.pet. in l.non omnis.fo.18.nu.6.

Terminus & dilatio super principali obligatione apposita, videtur in obligatione accessoria repetita. Arc.ff.si cer.pe.in l.lecta.fo.22.nu mero 8.

Testis offerens se sponte ad testimonium,videtur esse suspectus.Arc. in l.ait prætor.folio 26.numero 5.cui adde quæ ponit Alexand.de Imo.in consil.lxviij.in ix.col.ij.parte.Testis enim se offerendo: vt inquit Fely.in c.ij.de testi.numero 22.folio 106.impressionis Venetę.1521.censetur suspectus, id est,nimiū affectus.quod probatur per l.quæ omnia.ff.de procur.& ideo repelli debet,vt vult Bart.in l.post legatum.§.his verò.ff. de his qui. vt indig.& Iaco. de Bel. in §.si verò ignoti.per illum tex.in aut.de testibus.& Bar.in l.vxori.per

